

A.

Blätter 1113 - 23. 25. 27 - 31. 34 - 35. 37 - 38.
40 - 42. 44 - 50. 52 - 53. 55 - 57. 59.

18

DISSE

34
an 83

TATIO THEOLOGICA
DE
MODESTIA EXEGETICA.

QVAM
SVB AVSPICHS SVMMI NVMINIS,
PRAESIDE
VIRO SVMME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO,
DOCTISSIMO,

**D. CHRISTIANO BENEDICTO
MICHAELIS,**

THEOLOGIAE ET LINGVARVM GRAECAE ET ORIENTALIVM
PROF. PVBL. ORDIN.
FAVTORE ET PRAECEPTORE AETATEM COLENDO,

A. D. IIII. MAI I. CIDIICLL.
PVBLICE DEFENDET

AVCTOR ET RESPONDENS
IOANNES PETRVS HVZELSIEDER,
VLMENSIS,
S. S. THEOL. CVLTOR.

HALAE MAGDEBURGICAE
LITTERIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.

DIGESTA TATIS THEOLOGICA

MONTAVERGENTIA

SACRA THEOLOGIA A VENITIIS HUMANIS

DE CIRCUITU MUNDI
ET DE PRAECEPTE



Q. D. B. V.

DISSERTATIO

DE

MODESTIA EXEGETICA.

S T N O Ψ I Σ.

Instituti ratio indicatur §. I.

Quid per modestiam exegeticam intelligatur, adseritur §. II.

Differentia illius a scepticismo et insolentia exegetica notatur §. III.

Conclusiones quedam generaliores elicuntur et illustrantur §. IV-X.

Necessitas mod. exeg. adseritur §. XI. et quidem

a) ubi nouae interpretationes adferuntur §. XII. XIII.

b) ubi nomina propria explicantur aut synonymarum vocum differentiae §. XIV.

c) maxime ubi prophetae explicantur §. XV-XXI.

d) ubi quaestiones arduae tractantur §. XXII.

e) ubi res priscae definitur §. XXIII.

f) ubi singulae voces sigillatim considerantur §. XXIV.

g) ubi caessae rerum et verborum inelegantur §. XXV.

h) ubi definitiuntur librorum saecorum scriptores anonymi §. XXVI.

Vsis illis describitur, et quidem

a) medetur pertinacie §. XXVII.

b) in verbis S. S. claris ad sensum planissimum ablegat §. XXVIII.

c) in definitiis particularium phaenomenorum caessis a temeritate revocat §. XXIX.

d) in prophetis praesertim interpretandis infirmitatis nostrae nos admoneat §. XXX.

Exempla modestiae exeg. proferuntur §. XXXI.

Symbola modestiae exeg. adnotantur §. XXXII.

A

§. I. Ma-

DISSERTATIO

Instituti ratio.



§. I.

aximi sane momenti sunt illa PETRI apostoli verba I Ep. IV, ii. in quibus vnicuique sacrarum litterarum scrutatori adclamat: εἰ τις λαλᾷ, ὡς λό-βεται προς Θεόν. Siquis loquitur, tamquam eloqua DEI, ministrare scil. loquatur. His etenim omni, qui ad Scripturam, quae
picturas diuinam animum adplicat, iniungit, ut, sepositis et neglectis
vanis animi figmentis, redreenter et sincere verbum diuinum tra-
mittere, pie scrutetur, et secundum voluntatem diuinam verbis expres-
sam istud adplicet. Nemo hinc sibi ipse placeat; nemo suis ita in-
dulget viribus, ut vel verbo diuino aliquid addere audeat, quod
tamen ipsa facit Scriptura sacra; vel in aliis plane sensum litterarum
contrarium detorquest. Haec PETRI admonitio eo magis est ne-
cessaria, quo proniores semper et antiquioribus et recentioribus tem-
poribus fuerunt multorum animi, ut sui magis nobis propinare vo-
luerint placita, quam verum veri verbi sensum, prout tamen aequum
iustumque esset, proponere. Quis ergo non videt, hos tales mo-
destiae, quam etiam quisque litteris diuinis debet, transgressos fui-
se limites? Quare cum circa opinionem id alicui possit accidere:
paucia quadam de modestia exegistica proferre conabimer.

§. II.

Modestia exe-
gerica quid?

Nobis itaque de modestia exegistica acturis ante omnia incum-
bit, ut, quid per eam indigitemus, paucis declaremus. Modestia
autem exegistica nobis est talis boni Interpretis virtus, qua ad ex-
plicationem S. S. accessurus ita ingenii vires temperat, ut nihil ultra
bonat aut affterat, quam quod vel certis exstat in textu verbis, vel coincidentia
probabilis saltim ratione inde fluit, ut ne praeconceptas opiniones
tamquam textui proprias inferat, nec, quod incertum est, pro cer-
to venditer, aliisque obtrudat. Veritates etenim in S. S. reuelatae modis
et contentae tanti sunt momenti et valoris, ut quidquam illis derra-
here, aut propria ingenii vagi commenta addere nefas omnino sit.
Eoque magis hic nobis erit vigilandum, quem ipse summus rerum arbitrii

TES 2 Cyp. 10. 14.
8k 215 700
Tet. Adv. 10.
Top. V. 13.

DE MODESTIA EXEGETICA.

3

arbiter serio satis sinceram et fidelem verbi sui tractationem pree-
perit. Sic enim DEVS Deut. IV, 2. omnes populi Iudaici fami-
lias adloquitur: **לֵאמֹר תְּשִׁיבָה עַל־דָּבָר אֲשֶׁר אָנֹכִי מִצְחָה אֶת־
וְלֹא תְגַנְשָׁת מִמֶּנּוּ לְשֻׁמֶּר אֶת־מִצְחָה תְּהִוָּה אֱלֹהִים אֲשֶׁר אָנֹכִי**
Nihil addatis ad verbum hoc, quod ego preecipiens
vobis (sum); neque detrahatis de eo: ut custodiatis preecepta Domini
DEI vestri, quae ego preecipiens vobis (sum). Quid ipsum
repetitur Cap. XIII, 1. Atque sic ipse DEVS temeritati hominum
franum iniocere voluit, ne plus saperent, quam par est.

§. III.

Haec si penitus considereremus, statim quilibet colligere potest. **Differat secundum a scepticismo et insolentiam exegeticam, utpote a quibus illa multis differat parasangis.** Aliud enim est circa certissima et ab ipso Spiritu divino clare admodum reuelata esset, eaque pro plane incertis, ambiguis et intricatis venditare; quae adeoque humanus nequam penetrare possit intellectus, ita, ut semper dubius eriam in omnibus S. S. dictis esse debet animus: aliud autem est in difficultioribus S. S. oraculis vocibusque explanandis et determinandis caute et prudenter versari, ne et nobis et aliis simul noceamus. Illud est vituperandum maxime; hoc vero omni interpreti laudi ducitur. Differat deinde modestia exegética a vase in explicandis S. S. dictis insolentia, quem PETRVS in II. Ep. II, 18. describit per οὐδέγενετον ὑπέροχη μα-
τατούσας insolentiam vanitatis logit. PAVULLO autem est in 1 Tim.
VI, 20. Φευδόνυμος γρώσιος falso nominata scientia, quae licet val-
de a pluribus deametur, nomine tamen scientiae plane sit indigna.
Hinc nil quoque in huius farinae hominibus efficit, quam ut inslen-
ter, et de nihilo valde gaudeant. Duobus hisce extremis mede-
tar modestia exegética, ita, ut clara modo certissimo determinet;
circa difficiliora autem limites ponat, quos transgredi non licet.

§. IV.

Stantibus hisce, quae modo attulimus, simul adparet, *ei*, qui **Hinc notandum**
modestiae exegeticæ limites transgredi noluerit, in rebus dubiis vel
indeterminatis nihil certi esse temere statuendum. In verum enim **I. in rebus du-**
bis et inde-

A 2

ver-

DISSERTATIO

terminatis mil verborum sensum inquirere, boni interpretis est, non fingere, et certi temere efflatuendum.

terminatis mil verborum sensum inquirere, boni interpretis est, non fingere, et certi temere efflatuendum. Quod si alieni, iure quidem et merito, vitio veritutis, si auctori etiam profano adscribit, quae ei in mentem nequaquam veniebant; aut circumstantias additæ ipsi illi auctori ignoras, quae vel ex ipsis verbis ne extorqueri quidem possunt; aut pro auctoritate sensum verbis adsingit tamquam certissimum, quem tamen ipse indeterminatum reliquit auctor: qualis, quælo, temeritas nota inurenda erit ei, qui verbum diuinum ita friuole tradat, ut nulla sit ei religio, falsa pro veris, incerta pro certis proponere? Hoc sane nihil aliud esset, quam cum sanctissimo DEI verbo ludere, et id nihil plane aestimare.

§. V.

II. Coniecturas pro rebus evictis non esse venditandas.

Minime tamen hoc ita ab aliis intelligi volumus, acsi coniecturas nullus plane a nobis daretur locus; acsi eas penitus elatinaremus. Minime. Nobis enim optimè notum est, et lubentes omnino concedimus, dari quaedam in S. S. loca, in quibus coniicere saltem, non vero certi quid statuere nobis licet; vbi, si certitudinem attingere nequimus, probabilitate et coniecturis contenti simus oportet. Sic coniecturæ locum habent in prophetiis, quarum complementum adhuc est expectandum; non quidem respectu rei adimplendæ, sed potius ratione modi, temporis et loci; quæ saepius in coniecturis tantum adsequi valentur. Sed hoc modo volumus indicare, illas ipsis coniecturas pro rebus plane evictis et extra dubitationis alcum positis non esse venditandas. Datur ergo coniecturis omnino locus; modo et hoc accedat, ut ne quis manus pretium illis habeat, quam par est; sed potius ut tales aliis tradat.

§. VI.

III. Melius est, si coniecturæ plane sint vanæ, iudiciorum suspenderet, quam se et alios periculo errandi exponere.

Quem ad modum autem in rebus omnibus etiam minimæ circumstantiae sunt ponderandæ, et iudicium eo adhibendum est, ut verum a falso, probabile a futili discernere valeamus: ita in primis in scrutatione S. S. locum omnino habet, ne veri decipiatur specie. Probe igitur est attendendum, num fundamentum quoddam habeant istæ coniecturæ; an vero omni plane destituantur? num utilitatis quid inde redundet, an vero meri sint lusus ingenii?

Si prius,

DE MODESTIA EXEGETICA.

3

Si prius, metiro recipentur, et ad faciliorem textus inspectionem ut tales sunt adferendae, salua tamen semper aliorum vleriori inuestigatione. Sin posterius, videlicet si plane essent vanae, nullius ponderis et utilitatis, consulemus omnino foret et melius, iudicium suum suspendere, quam se et alios, qui talia sequuntur placita, gravissimo errandi periculo exponere. Conuenientius enim est homini, in rebus, quas penetrare prorsus nequit, ignorantiam fateri suam, quam nudis se maclare commentis.

§. VII.

Haec et alia quam penitus consideremus, non possumus non IV. Nimis ad-improbare nimis adsecatam quorundam interpretum diligentiam, scilicet quam determinare praesumunt, quae ipsi Scriptores sacri indeterminata reliquerunt. Vanae etenim hariolationi et coniecturis inanibus, quin immo temerariae subinde audaciae similiores sunt nonnullorum expositiones, quam verae veri verbi explanationi. Videri (vt dum determinare audent, quae ipsi S. mentem nostram sincere declaremus) volunt nihil non scire, ** ad instar

A 3

* Conferri hac de re poterit IO. GE. ALBRECHT, Gymnaſ. Francof. ad Moenum Con-Rector, qui a. 1740. et sqq. editit occasione annuorum examinum Philoponemata de docta et laudabili in studio exegeticis ignorantia, seu, ἐποχὴ sacrarum literarum interpreti necessaria.

** Placuit nobis, quod Auctōr der vernünftigen und bescheidenen Anmerkungen über die wider die Wolffsche Philosophie geführte Streitigkeiten, Prf. u. Leipz. 1756. 8. p. 105. sqq. ipse fatus necesse habuit, ipsam adcuratoriē philosophandi rationem suis circumscriptram esse limitibus, passimque defectus cognitionis agnoscere: Auch nur die Wolffsche Beschreibung eines Weltweisen, inquit, ist so beschaffen, daß sie einen zur Demuth führen kann. Denn der Herr Hofrat (Est autem is Perillutris nunc huius Academiae nostrae Cancellarius L. B. de Wolff.) saget, ein Weltweiser sey derjenige, welcher im Stande ist Grund von dem ienigen, was da ist oder seyn kann, zu geben. Wie viele Dinge aber sind in der Welt, davon auch der grösste Weltweise keinen Grund zu geben weiß? Je wie viele Dinge gäbe es, davon wir nicht einmal eine historische, geschweige eine philosophische Erkānnitnis haben? Daber hat der erſtgedachte Hr. Hofrat in dem discurſu praeliminari vor ſeiner lateinischen Logic oder Vernunftlehre, und zwar in dem Cap. II. de philosophia in genere p. 24. §. 49. mit gutem Bedacht die-

ſen

determinata
reliquerunt
et quidem
A) dum tem-
peraria propon-
unt.

instar Tyriorum regis, de quo Ezech. XXVIII, 3. dicitur: **הַבָּה חֲכָם אֹחֵח מְדֻנָּל כָּל־סִתְוָת לֹא עַמְמָךְ** Ecce sapientior es quam Daniel; quidquam occulti non est absconditum tibi. Sic quoque tales Interpretes, utpote scientia sua elati, nihil non ad vnguem usque rimari conantur temere, quasi omnia Sapientiae penetrauerint conclaui. Sane vix quisquam sibi persuaderet, eiusmodi reuera reperihi homines, qui omnia humeris ferre suis satigunt, nisi experientia nos ipsa hoc edoceret. Et quidem temerarie in S. S. explanandis audaciae rei sunt partim Iudeorum partim Christianorum quidam interpres.

§. VIII.

N) ex parte
Iudeorum.

Item Pseudo-Jonathan Ex. 28,
17-20. nomina gerani tribuit
Iudaicorum insculpta gem-
mis pectoralis et disponit,
ut in primo ^{ordine} fuerint Ruben, Si-
meon, Levi, in altero Iacob, Dan
Naphtali, in tertio Gad, Issachar,
Ater, ^{secundum} Joseph, in quarto Iacob,
Ioseph, Benjamin. Sec. ord.,
nem zadokitis filiorum Ia-
cob. Alter vero Hierosolymita,
nus paraphrases: utpote fec.
quem fuerant in primo oratione Ruben, Simeon, Levi, in altero Iacob, Issachar, Zabulon, in tertio Ia-
cob, Gad, in quarto Ater, Joseph, Benjamin. Sed quis sponte libum pro hac, libum pro illa
tribuum ordinatione, cum Jacobus et Moses in ultimis suis verbis Gen. XLIX, et Deut. XXXIII
tribus ordinasterit, illa, Ruben, Simeon, Gad, Issachar, Zabulon, Levi, Dan, Naphtali, Joseph, Benjamin
hic vero Ruben, Iacob, Levi, Benjamin, Joseph, Zabulon, Issachar, Dan, Gad, Naphtali, Joseph, Ater, omnillo Simeon

Ad Iudeorum Doctores si respiciamus, primo nobis loco ut
pseud. occulorum reuelator vel interpres nominandus erit ^{summa} Summa
PSEUDO-JONATHAN in Chaldaica sua in Pentateuchum paraphras-
si, proxime vero ab hoc R. SALOMO ISAACIDES, vulgo RA-
SCHI dictus, in commentariis suis. Ille quidem in sua paraphras-
si limites modestiae exegeticae adeo transiliit, ut impudentis nomen
mereatur deblatatoris. Adferit namque e. g. ad Gen. II, 9. de
arbore vitae, ^{Ex Ezech.} ^{altitudinem eius} ^{ad alium} ^{et iter 500. annorum.} Et quem de creatione primi hominis
sermo est, ibidem v. 15. refert ille: ^{רְבָר וְאֶלְוָזֶר וְאַדְמָן} רְבָר וְאֶלְוָזֶר וְאַדְמָן ^{מִן כָּוֹר פּוֹלִחָנָא אֶחָד דָּתְבָרִיא מִצְמָצָא} accepisse Dominum
DEVM hominem ex monte cultus, (seu templi) loco, unde crea-
tus erat. Praeterea adferre nullus dubitauit ad Cap. III, 24.
mundus, creauisse legem (sc. DEVM). Et Targum Hieros. de-
finit

sen Lehrsatz vorgeleget: *Nostra philosophiae notio a fasta reuocat. Der
Beweis ist folgender: Quum enim vi nostrae definitionis philosophus ne-
omo dici posset, nisi quatuor rationem eorum reddere volet, que sunt
vel esse possunt; secundum hanc vero normam sepe examinans intelligat,
non modo quod philosophus in omnibus effe nequaquam, verum etiam quam
parum sit philosophus: fieri sine non posst, ut propter philosophicam
cognitionem sepe effraterat. Enim vero si hoc latendum est in humanis:
quid, quaeſo, dicemus de rebus diuinis, supra faſe hominis intel-
lectum et vites positis?*

DE MODESTIA EXEGETICA.

7

finit praecise tempus datae huius legis, ad v. 23. haec adiciens:
קוֹרֵב עַד לְאֶלְמָא תְּרִין אַלְפִּין שָׁנִין בְּרוּ אֲוֹרִוָּא
antequam crearetur mundus duobus millibus annorum, creavit (DEVS) legem. Sic quoque Gen. IV, 15. vbi legimus, Dominum signum quoddam impressisse Caino, IONATHAN hoc praecise determinare praesumit, in quonam consisteret illud, dicens: **וְשָׂבֵת עַל יְהוָה וְקָדוּם אֱלֹהִים כִּי שָׁמָן בְּרוּא וּקְרָא** *Constituit Dominus super facies Caini signum ex nomine magno illo et pretioso. Nonne ^{an palius litteram} haec talia temere finguntur? nonne fabulam potius, quam veram explicationem redolent? nonne omnem modestiam verbo diuino debitam seposuisse talis nigrator censendus erit? Quis, quæsto, illi suggescit, arborem vitae tam incredibilis fuisse magnitudinis? Quis illi notum fecit, datum fuisse legem, quem tamen nulli adhuc existarent homines, qui illam observarent? Quis monstravit illi signum Caino impressum? num forsitan Cainus ipsi apparuit? an vero DEVS illi singulari reuelauit modo? Neutrum verum est. Atque sic simul videmus, quam facile alicui possit accidere, vt nimia scientia elatus talia inferat, quae a texu ipso sint alienissima. Eadem oberrat chorda supra citatus R. SALOMO ISAACIDES, de quo vnicum tantum inter multa adduxisse iuuabit exemplum, quod oppido monstrat, eum modestiam Interpreti omnino necessariam valde neglexisse. Ille enim ad verba Exod. XXV, 31. vbi DEVS MOI injunxit, vt confici curarer candelabrum ex auro purissimo, **צְקָשָׁה דְּמָגָרָה** *solidum sit istud candelabrum, notat, innui, candelabrum debuisse fieri a se ipso, addens: quandoquidem MOSES difficultates mouerat circa candelabrum, an sic, ut DEVS voluerat, fieri posse; dixit ei DEVS: proice talentum illud in ignem; atque sic factum est candelabrum ex se ipso. Ideo non scribitur **תְּעִשָּׂה** est candelabrum ex se ipso. Fiet. At quid non audet temerarius hicce Interpres? Et quidem ipsa refragante Scriptura. Haec enim differtur verbis nos edocet, Bezalelem artificem candelabri fuisse; adeoque minime a se ipso factum esse, Exod. XXXVII, 17. coll. v. 1. Sed plura talia ingeniosa et inania RASCHII commenta quisque inueniet, si interpretationes Scripturæ ab eo confectas fuluerit.**

§. IX.

DISSERTATIO

§. IX.

¶ ex parte
Christianorum.

Nec Iudeorum tantum magistros haec inuasit pestis, sed ad Christianorum etiam transit castra. Unicum modo talen audacem temerariumque hariolatorem nominale sufficiat, HERMANNVM videlicet VAN DER HARDT, qui, δέλαν ἔρων ψευδοδότερος, 1 Tim. I, 7. in Historia regni Babylonici ad Gen. XXII, 2. nimis audacter statuit, immolandum suisse ISAACVM Sichem. Nos quidem * in terra Moria, super montium vno, quem DEVS ABRAHAM dicitur esset, immolari debuisse ISAACVM, ex Gen. XXII, 2. notimus: Cl. HARDIVS igitur, dum Sichemum, nullo suffultus ratione, substituit, meminerit illius, quod A. ESRA de audacibus tribulum suorum interpretationis idemdem dicit: דְבָר קַבָּלָה if Cabbala, seu traditio certa sive a maioriibus accepta, fuerit, admittimus eam: qif si mera fuerit opinio, nobis equidem non probatur. Talia edsera sunt palearum instar, que a ventis raptatae per aerem in incertum vagantur. Idem in eadem Histor. regni Babyl., quum pugnae IACOBI mentionem iniciit, talis autumit, Iacobum videlicet, ex Auroraide reverentem, in Peraea cum ESAVI mutio, ad pugnam allegato, luctatum esse. Verba textus ita se habent: וַיַּאֲבַק אֶשׁ עַשׂ שֵׁד לִלְוָת הַשָּׁחָר tunc luctatus est vir cum eo, usque dum ascenderet aurora. Quisque facile penetrat, explicatione Hardtiani verba Scripturae minium quantum torqui, et portentosum quid illis adstringi; quum causie gravissimae adsit, quae HARDTIVM confutant, partim ex contextu, partim ex parallelo defunctae. Ex contextu convellitur HARDTII figmentum, quia Iacobus benedictionem ab illo, quo cum luctatus est, petiit v. 27. et 30. quia nouum nomen ISRAELIS ab eo accepit, idque honorificum plane et fausti omnis plenum v. 29. quia certasse dicitur cum DEO et hominibus, ib. v. 29. quod vero cessaret, nisi vir iste, quo cum luctatus modo erat, DEVS ipse fuisset; denique quis loco nomen dedit, פְנַיֵּל Pniel, h. e. facies DEI, cum subiuncta ratione, כִּי רָאוּתִי אֶל-זָהָב פְנַיֵּם אל-זָהָב quoniam vidi DEM de facie ad faciem cer.

v. 31.

* Iudicium est maxime Rev. DN. Praefidis in Comment. apologet. contra HARDTIVM p. 31.

DE MODESTIA EXEGETICA.

9

v. 31. Parallelismus quoque irritam reddit HARDTII explicationem. Legimus enim *Hof XII, 4.5.* Iacobum totis suis viribus certasse cum DEO; certasse, inquam, cum angelo, et praeuadisse. Quin immo modus certaminis adeo describitur, ut ne ignoraretur, factum scilicet sussi lacrimis et precibus. Adiicitur enim ibidem: בְּכָה וַיַּרְא אֶלְעָזָר וְיַעֲשֵׂה מִצְמָחָת וְיַעֲשֵׂה מִצְמָחָת fleuit et sepplex oravit eum. Haec omnia tam clara sunt et aperta, ut quis talpa caecior esse videatur, qui HARDTII segmentum et somnum non videat et derideat. (*)

§. X.

Nimis quoque adfesta et immatura est illorum, interpretum B) dum Anonymos nominibus suis describere, eloquentes in rymos nominibus describere ducere non erubescunt. Inter hos principem tuerit locum FLAVIVS IOSEPHVS, qui in antiquitatum libris, vbi Patriarcharum reliquiarumque personarum sacrarum historias explicat, passim illas personas deliberantes loquentesque inducit. Profecto si quis haec talia vel uno tantum oculo perlustrat, omnino putaret, IOSEPHVM non Mosaiicos ceterosque factos exscripsisse modo libros, verum etiam rebus gestis ipsum interfuisse, omniaque hominum fandorum multo plenius, multo perfectius, et adcurius multo peruidisse facta, et audiuisse dicta, quam ea narrant MOSES aliisque scriptores sacri. Si ergo mere humanus vel grecus reue, cui placuerit eiusmodi segmenta perlustrare, euolat modo L.I, C. VII. XIII. XVI. XIX. Libr. II, C. IV. V.VI. XV. XVI. Lib. III, C.V. cet. Idem facit PSEUDO-IONATHAN et Hierosolymitanus Pentateuchi Interpres, vrpote qui non solum nouerunt, ELDADVM MEDADVMque Num. XI, 26, sussi filios ELITZAPHANI, filii PARNACHI, (Num. XXXIV, 25.) natos ei ex Iochebeda, filia LEVI, quum haec ab AMRAMO, priore marito suo, repudiata fuisset; sed etiam argumentum vaticinationis illorum ample fatis describunt. Similiterque vocem יְהוָה vbi tu es? Gen. III, 9 sic interpretantur: Nonne totus mundus, quem creavi, coram me reiectus est, tenebraeque sicut lux sunt? Quomodo igitur putas te abscondi sum a me iri? Nonne locum, in quo te abscondis, ego video? et vbi Nam
B) nam
(*) Plura qui desiderat tum IONATHANIS et RASCHII, tum HARDTII segmenta, adeat eos in libris supra nominatis.

Tu. g. Ex. 81, 24. 7. 1718 sec.
 Perse - lenath. et. 1718 ad letho
 Rethy A. Q. 1718 ad letho
Ex. XVII, 10. 7. 1718 Miriam ma-
ritu, sec. loquac. ap. 1718. 11. 2. 1718
in diebus de lanne et imber?

nam sunt praecepta, quae tibi praecepseram? Et alibi. Sic quoque RASCHI anonymos nominibus suis nominare audet, v. gr. 2. Reg. IX, 1. virum illum ab Eliseo ad vngendum IEHU misum; et Cap. X, 3. eum, per quem Dominus ad IEHU locutus est, Ionam prophetam fuisse. Talmuditas denique virum illum, qui, quod Sabbathi die contra expreßum Domini mandatum ligna collegisset, lapidibus est obrutus, nominare nulli dubitante Tzelophchadum, Num. XV, 32. eum scilicet, de cuius filiabus ἐπικλήσος agitur ibid. C. XXVII, 3. (*). Si generaliores obſeruationes proponerentur, reprehendendae adeo non erint. Sed hocce vitium simul inest eis, vt speciales et specialissime adferantur explicaciones et determinaciones, aliisque sine viro fundamento offerantur et obrudantur. Quod quo iure fieri possit, facile quilibet diuidicare poterit.

S. XI.

V. Necesſariam omnino
effe Interpreti
modestiam
exegeticam;
et quidem

Quum itaque tam pronus sit hominum animus ad euagandum, et ad falsa pro veris, minus probabilia pro certis et plane euictis adſerendum, vendicandum et defendendum: quilibet haud difficulter concedet, Interpreti necessariam omnino effe modestiam exegeticam in omni S. S. ſcrutatione. Haec namque efficit, vt noſtram non feſtemur gloriolam, neque noſtra cogitata pro ſensu a ſpiritu diuino intento aliis proterue et pro lubitu obrudamus. Si enim in rebus humanis non obrudere alteri, sed ſaltim persuadere quod fas est: quidni id etiam in rebus diuinis valeat, in quibus maior ſemper cautio est adhibenda, quam in aliis scriptis et dictis humanis?

S. XII.

Si in omni Scripturae sacrae explicatione et interpretatione necessaria interpreti bono est modestia exegética: fane illa quam maxime primarium tueri debet locum in eo caſu, ubi nouae adſeruntur interpretationes. Homines vt plurimum nouarum rerum ſunt cupiditati, et veritates ab aliis magno studio inuentas, et poſteritati magno cum fructu traditas, miſere auerſantur; vt pro nouitate ſtudio correpti, cui plerumque veterum conamina fordan. Hic ergo opus, hic labor, ne nimium nobis placentes et nos et alios turpi-

(*) cf. SVRENHVSIVS in BIBΛW καταλογοῦ p. 90. vñ Tzelophchadū eum fuisse, qui ob violatorem habebatur lapidatus fit obrutus, tal. nūdici ex confefſione filiarum eius colligat. Pater noſter mortuus est in peccatis fuisse. Verum ſe orones et ſinguli qibz. vñ corpora in cœlato cœruperunt, eiādēcū actus auctorēs ee poffunt. Cf.

DE MODESTIA EXEGETICA.

¶

turpiter seducamus; et praeiudiciorum ambitu occlusi id, quod est verum, mitamus; contra vero id, quod ne veri quidem speciem habet, submisso veneremur et amplectiamur. Placuit omnino nobis sumum GEORG. RAPHELII iudicium, quod in praef. ad adnot. in N. T. ex Polybio et Arriano tulit, vbi rectissime ita censet: *Si quis interprætatio recens adseratur, quæ nullum habeat piaæ et eruditæ antiquitatis testimonium, vel plane pugnet cum ea: tum si res in contentionem veniat, et momenta rationum sint paria, plus auctoritatis atque ponderis habere antiquitatem.* Idemque optat, ut aliquis existenter ingenio praeditus et doctrina, qui in noua multorum interprætamenta inquireret, esque cum veterum commentationibus compararet. Se enim fere semper veriores esse deprehendisse sententias antiquorum. Concinuit item veritatis coelestis restaurator, post fata etiam summo laudandus opere, D. LUTHERVS, qui in Comm. in Gen. 49, 4. ita hac de re iudicat: *Ego non amo coactas sententias; et si nibil possum adserre conueniens atlicui loco, libentius fateor me nescire* (*). Adeoque ex hinc satis abunde patet, decere omnino bonum interpretem, ut modeste semper in proponenda noua aliqua sententia versetur, et nouitatis studio se abripi minime patiatur.

§. XIII.

Neque nobis defunt rationes, que modestiam omnino a no *Rationes, cur*
bis requirunt et suadent. Proponamus modo oculis mentis nostræ *necessaria sit,*
optimum optimi Salvatoris CHRISTI exemplum, utpote qui
eo nobis hac in re praeiuit. CHRISTUS enim, licet prophè-
tiarum auctor et magister esset, tamen, vbi IOANNEM baptistam
ELIAM a Malachia praedictum esse discipulis suis inculcat, optionem
quasi relinques, illis ait: *εἰ θέλετε δέξασθαι, εὐτός ἐστιν Ἡλίας ὁ μέλλον ἔρχεσθαι, si volueritis accipere, ille est Elias venturus,*
Matth. XI, 14. Hoc ipsum exemplum nos edocet, nobis quam
maxime in omni S. S. explicatione verendum esse tam modestæ, ut
sensum nostrum nemini violenter obrudamus, sed potius dijudi-
candum

B 2

candum

(*) Conferri hac de re adhuc meretur B. FRANCKIVS in colleg.
introd. ad init. Pf. 90. et ad init. Pf. 117. IO. HENR. HOTTIN-
GERVS in apologetico pro benigna lege Lev. XXI, 22. §. 1. et
SCHÖTTGENIVS Praef. ad Pastoris Lexicon N. T. a. 5.

candum alii relinquamus; quam *caute et prudenter*, ut ne nimis crasse et secundum litteram omnia explicemus. Vulgas enim Iudaicorum MALACHIAE vaticinium intelligebat de ipsa persona Eliae; CHRISTVS vero de redituuo quodam et analogo Eliae, qui in spiritu et virtute Eliae venturus esset, id explicat; coll. Luc. I, 17. Huic, qui veritas ipsa est, adiungamus seruos illius, qui omnes id ipso suo exemplo nobis monstrant. Inter hos eminet D. PAULLVS, qui in Epist. ad Philem. v. 15, scribit velut dubitans: *τέκει γάρ διό τέτο εξωγένη πρός ὄγκων, λαβαίσιον αὐτὸν αντέχειν: Πορταν ενιμ id propter separavit se ad horam, ut aeternum eum reciperes.* Sic pariter de MOSE, quem ipsi singulari plane modo adparuissest DEVS, voluntatamque suam de redimento populo suo declarasset, STEPHANVS referit Act. VII, 32. *οὐτέ οὐτέ μα κατανοῦσσει, non audebat apertius liberiisque intruci mysterium illud ardentis rubi, sed potius demissio id vultu venerabatur.* Laudis praeter ea omnino MOSSI ducitur, quod, quam ei casus aliquis in materia Paschae esset propositus, qui ex lati a DEO de Pascha legibus resolui vix posset, interrogantibus dixerit: *עַמּוֹ רְאשֵׁת מִשְׁׁמָרָה לְכַסְּתָּה, וְאֶת בְּנֵי יִהוָּה לְכַסְּתָּה State, et ego audiam, quid praeceptrurus sit Dominus vobis*, Num. IX, 8. Idem MOSES in filiarum Tzelophchadi causa sententiam non ex suo ipsius iudicio deproperauit; sed potius de eo refertur Num. XXVII, 5: *וַיָּרֶב מֹשֶׁה אֶת מִשְׁׁמָרָה לְכַסְּתָּה Detulit Moses cauffam eorum ante Dominum. Quid ergo nos decebit aliud, quam ut verbum diuinum referenter tra-
temus? Et quid de Cherubinis dicemus? Nonne et hi modeftiae plane singularis exemplo nobis praeluent? Certe de illis PETRVS 1. Ep. I, 12. refert, quod *ἐπιθύμησεν παρεγνήσασι, desideraret introspiri- cere omni reverentia in mysteria DEI.* Hinc Exod. XXV, 20. id propter modeftissimo pinguntur gestu *סְכִינָה בְּכַנְפֵיהֶן עַל־חֲדָרָה אֲשֶׁר־אָתָה־בְּצָבָאת יְהוָה פֶּן־הַכְּפָרוּת וְנִזְהָר אֲשֶׁר־אָתָה־בְּצָבָאת יְהוָה פֶּן־* obtegentes alia suis propitiatoriorum; faciesque eorum (int) cuiusvis versus alterum; versus propitiatoriorum erunt facies Cherubinorum. Cogitemus praeter ea, quo zelo, quaque animi detestatione Apostoli se semper iis opposuerint, qui vel nimis crasse vel etiam subdole veritates ecclesias peruertere studuerunt. Vbiique illis τολ-*μηται improbabantur, qui omnia audacter effutire nequaquam eru- buerunt,**

buerunt, quasi nihil ipsos latere posset, quum tamen reuera nihil scirent. Apostoli profecto hanc multorum ferocitatem describunt ut φευδόντες γνῶστον, qua illam inclinationem prauam procul dubio innuunt, si quis cupit esse וְרֹעֵה טַב יְהָוָה ^{scit} DEVS, sciens bonum et malum, Gen. III, 5. Adeoque hoc tale uitium plane est turpisimum iuxta ac maxime detestandum, quippe originem dicit ab ipso Satana, et causa fuit trifissimi protoplastorum lapsus. Denique et hoc accedit, quod modestia haec exegetica heic illic in Scripturis tacite nobis iniungatur. Sic DEVS Esa. LXVI, 2, clementer se adspecturum esse promittit illum, qui est ^{לִירָא רָאשׁ} trepidus super verbo eius. Nonne enim hic quoque prater alia ^{לִירָא} trepidus hunc sensum habere poterit, illum Domino placere, qui verbo suo reuerenter vtitur, timoremque Domini in tractatione illius non seponit? Notissima quoque sunt verba PAULLI I. Cor. XIII, 9. ἐν πέρας γνώσκετεν, καὶ ἐν πέρας πέρας Ιησούς, ex parte tantum cognoscimus, et ex parte prophetamus. Quid, quæso, aliud nobis his innuerit verbis voltut, quam ut in omni Scripturae interpretatione memores simus insirmatis nostræ, et omnia ad modulum rationis nostræ deprauatae emetiri desistamus? Centrarium huius modestie exegeticæ illustrati potest. Lemnitale VII, sacraffimam fide,

§. XLIIL.

Necessaria deinde est Interpreti indolis genuinae exegética modestia, ubi nomina sacra propria explicantur, et differentiae vocalium phrasiumque proponantur. Si enim illa res explicatione digna labore creat Interpreti, haec sane non ultimi erit momenti aut exigui ponderis. Praesertim quum plurima nomina proprio rum factrorum authenticis careant explicationibus, et saepe vñ ve-
niat, vt unicum nomen proprium in Sacris contentum e duabus pluribusque radicibus deriuari queat, aut in lingua Ebraica sit radix illius obsoleta, adeoque ex cognata lingua defecitus iste supplendus: tum quidem maxima opus habet Interpres circumspectione, ne fortasse decipiatur, et aliquid adsumat, quod tamen Scriptori sacro in mentem nequaquam venerit. Conferri hic meretur summe Rev. Dni Præsidis diss. de Nominibus sacris propriis, p. 22. 23. In pri-
mis vero caueat oporter Interpres, vt, si differentias vocum phra-

B 3

^t ubi exempla פֶּרֶמְתָּם, בְּרַכְתָּם, בְּרַכְתָּם,
דְּבָרְתָּם, εтимология, якои из
них персонажей святых введен
вих с certainis dari.

sumque

sumque synonymarum clare determinare nequeat, ne vel audacter nimis agat in illis determinandis, vel tautologias, inanes saltim ac otiosas, stilo sacro imputet; sed sufficere existimet, Synonymiam omnigenum quid in suo genere notare. Cuius modestiae exemplum cum LAMPIO praecedit WOLFIUS in curis suis ad verba illa Phil. II, 2. ἵνα τὴν ἀνὴρ ἀγάπην ἔχοντες τὸ ἀνὴρ Φρονῆται, σύμφυκτοι, τὸ ἐν Φρονεῖσι, p. 196 scribens: *Mea facio laudati LAMPII verba: Ego sāne ignorantiam meam fateri mallem, quam quatuor harum p̄braijum eundem sensum statuere.* Vidi illa infra p. 22. & XXIV.

§. XV.

Necessaria porro est Interpreti S. S. exegetera modestia, ubi *peribit* ad ea peruenierit loca, quae prophetias comprehendunt. Aliae namque prophetiae iam *sunt adimplentae*; aliae quotidie adhuc *implentur*; aliae autem futuro demum tempore *complementum suum accipient*. In omnibus hisce prophetis explicandi circumstrectione opus est; maxime vero in his, quae complementum suum nondum sortitse sunt. Meretur hic adnotari IRENAEI locus laudatus *wolfo* in curis philol. ad Apoc. XIII, 18. hic autem ita se habet: *αὐτοφιλέσεος ἐν καὶ αἰνιδνότερου, τὸ περιμένειν τὴν ἔξιταν τῆς προφῆταις, ἢ τὸ κατισοχθέσθαι καὶ παταρίζεσθαι ὄνοματος. τυχὸν δὲ ἐπὶ πολλῶν ονειράτων ἐνεργήται δινεύενται τὰ διατεθέατα - - - Εἰ γὰρ πολλά ἔσι τὰ ἐνεισπορέατα ὄνοματα, ἔχοντα τὸν αὐτὸν αἰχμὴν, ποιοῦ ἐξ αὐτῶν Φρονέσταις ἐξερχονταις.* Latine ex editione IO. ERNESTI GRABII haec verba ita se excipiunt: *Certius ergo et sine periculo est sustinere adimplitionem prophetiae, quam sufficari et diuinare nomina qualibet; quando multa nomina inueniri possunt, habentia praedictum sumrum. - - - Si enim multa sunt, quae inueniuntur, nomina, bantia numerum hunc; quod ex ipsis portabit, qui veniet, quaeritur.*

§. XVI.

Vt autem modestiam hanc exegeticam in explicandis prophetis obseruemus, sequentes suadent rationes Adsum nobis exempla lapsum, ab ipsis scriptoribus sacris aliisque illustribus personis in

Et ideo τὸ ιδία εἰδοῦσι - non vero, ut praeindicto τὸ πι θεωρήσων temporum signis shall.
XVI, 3. v.g. ex Gen. XLIX, 10. et Ex. LX, 24. / 99.

in applicatione ad specialiores circumstantias commissorum. Sic e. g. EVA, quea quidem promissionem diuinam de benedicto mulieris semine Gen. III, 15. acceperat, valde tamen se ipsa decepit, quem illam (salem ut plurimi locum illum interpretantur) ad CAINVM adplicaret, dicendo: *כִּנְנָהָרָא אֶת־יְהוָה֙* *Possedi vi-*
rum Dominum. Quam male autem hanc Domini promissionem gratiosam de CAINO exposuerit, ipsa subsequiro tempore experta fuit. Sic quoque SAMUEL, qui voluntatem quidem Domini de eligendo et vngendo Rege ex filii ISAEI nouerat, attamen quam pro suo beneplicato hac in re agere, et ELIABVM regem consti-
tuere vellet, valde in illa applicatione aberrauit a nutu DEI san-
ctissimi et omnisci, 1. Sam. XVI, 6. 7. Haec et alia exempla nos edocent, magnam semper a nobis requiri circumspicitionem, si nobis res fuerit cum eloquii prophetarum ad certas personas vel alias quascumque circumstantias adplicandis, ne nobis nimium fidentes errori nos exponamus grauissimo. Deinde indignitas quoque nostra hoc nobis suadet, ut caute procedamus in explicatione prophetarum, ne rationi nostrae plus confidere eamque sequi videamur, quam ipsi confidimus DEO. Dignus sane est, ut homo infirmitatem suam coram profiteatur, quam vt se et alios turpiter fallat. DEO etenim placuit sibi quid ei sapientiae sua referuare, nostraeque sic rationi obicem ponere. Hinc quoque legimus Apoc. V, 2. sqq. quod *nemo praeter Agnum, h. e. CHRISTVM, dignus repertus sit εποίησα τὸ βιβλόν, καὶ λύσαι τὰς σφραγίδας αὐτῆς, aperi- re libellum, et soluere sigilla eius.* Certo sane documento, multa in S. litteris contineri, quae hominis intellectum etiam perspicacissimum superant, latent.

(2)

§. XVII.

Hinc porro hebetudo intellectus nostri in percipiendis rebus diuinis generatim, speciatim vero in propheticis, modestiam suadere debet. Quid, quæso, est hominis intellectus finitus et depravatus, si comparetur cum DEI intellectu infinito et omni modo excellentissimo? Huius respectu nihil sane est hominis intellectus, et ne umbram quidem habet. Si enim quis ultra limites euagari voluerit, experietur idem, quod olim DEVIS per prophetam ESAIAM Iudaeis

(3)

ותרו לכם חווית הכל כדברי הספר והחומר אשריתנו אותו לא-יודע הספר לאמר קרי נארזה Fačta est vobis visio omnis sicut verba libri obsignati, quem si dant scienti litteras, dicendo: lege, quaeſi, hunc (sc. librum), tunc dicit ille: non possum, quia obsignatus est ille. Vera namque manet illa DEI vox in eodem Prophetæ Cap. LV, 9. כי־גָבֹר שָׁמִים מְאֻרֵץ כִּי־גָבֹר דֶּרֶךְ מַרְכָּבָם וּמַחֲשָׁבָתָם Ut coeli altiores sunt terra, sic altiores sunt viae meae viis vestris, et cogitationes mee cogitationibus vestris. Et si omnia nostris ipsorum viribus capere possemus DEI oracula, et ad ruguem usque penetrare: quid, quæſo, DAVIDI opus fuisset, ut Psalm. CXIX, 18 precaretur a Domino: גָּדְשֵׁנוּ וְאֶבְרֹתָנוּ נְלֹא תַּנְאַזֵּן תְּהֻרְתָּנוּ aperi oculos meos, ut videam, (ut videam, in quaam) mirabilia ex lege tua. Nulla sane alia ex ratione id factum fuit, quam quia ipse sat superque nouerat, hominem sibi relictum in perscrutandis diuinis litteris omnino caecutire.

§. XVIII.

(4) Accedit et hoc, quod multi etiam præstantissimorum et doctissimorum Interpretum sua fateantur sponte, multa Scripturis inesse διάλογα seu quae soli viri possunt, ita quidem, ut unusquisque cum PAVLLO eloqui necesse habeat: καὶ πέρι ταῦτα τίς ικενός (*). Et quis bis est? II. Cor. II, 16, coll. ib. C. III, 5, 6. Sic B. nosfer LUTHERVS in Glossa ad Hos. XI, 7. lubens fatetur: Diesen Vers soll niemand verſchēben, auch im Ebraeischen nicht. Aſt LUTHERVS, quantus fuit interpres! quam multa acu terigit, quae alii intacta relinquere coacti fuissent! et tamen omnia perspicere ipſi non licuit. Cum LUTHERI effato coniungimus acutissimi et nulli secundi VITRINGAE verba ad Ef. XXXIII, 7. vbi talia habet: Est sententia obscurior, a nemine facile intelligenda. Etiam Iudeorum doctores lubentissime saepe consentent suam ignorantiam, vt pote qui passim locorum difficultorium dilucidationem ab aduentu Messiae expectant, et ad illum usque suspendere solent. Quem in finem omnia talia loca indeterminata relinquunt. Sic RASCHI in Comment. ad Zach.

(*) Sic e. gr. ipſe fateatur Petrus II. Ep. III, 16, inesse epistolis Paulini δυονήσια τινα.

נְבוֹתָרֶן וּבָרֶה סְתוּמָה הִיא מַאֲדָר וְגַם
וְאֵין אָנוֹ יָכוֹלֵן לְעַמְּדָר עַל אַמְּתָה פְּהֻרְנוּ עַד יְבוֹא מָרָת זָהָק
Prophetia Zachariae obscura est valde et. et nemo nostrum poterit
flare (ceu certi quid adserere) de veritate explicationis eius, usque
dum venerit docto*r* iustitiae (*). Talis quoque vox fuit mulieris
Samaritanae ad Salvatorem optimum Io. III, 25 (**).

§. XIX.

In propheticis porro libris ideo quoque necessaria est Interpretatio modestia, quia multa, multa inquam, euentiū sunt commendanda. Sic multa Iudeis in V. T. fuerunt in Prophetis obscura, quae nobis, quum Christi aduentu adimplentur sint, clarissima sunt. Hoc enim nulli in malam interpretandum est partem, si in determinandis variis iniorum circumstantijs haesitet, eo, quod multum ab eorum complemento dependet: quo facio, lucida plane omnia erunt et clara. Hinc modestie potius particularia haec illa vaticiniorum momenta, quae difficultibus suis laborant, euentiū tradat quilibet, et nihil audeat certo definire (***) . Praeter ea nonne iustum est et aquitas ipsa, vt, quem ad modum in humanis, ita et in diuinis praefertim generaliori contenti semper simus explicazione, si particularia et specialia adsequi non valeamus. Melius enim est, et christiano homini conuenientius, vt in reuelatione diuina adquiescat generali, DE O que omnipotenti et sapientissimo cetera commendet, quam ut ingenii signenta verbis diuini inferat, et, si eventus alii plane edocuerit, in suborem detur. Hinc non anxie curemus, qua ratione et quo tempore, quo loco aliiquid adimplendum sit; veritas namque diuina in nullo deficiet verbo. Po-

C namus,

(*) Cf. Idem ad Ezech. XLII, 3. et R. D. KIMCHI ad Ezech. XLII, 5.
Placuit nobis magnopere iudicium B. FRANCII in colleg. introd.
ad fin. Pf. 70, serbentis: In omni studio exegetico praeferat ignorare
quadam, quam minus certo fundamento nitit, merasque coniecturas
frustra confestari.

(**) Vide, sis, etiam CVNAEVUM de republ. Hebr. L, I. C. 17. et HIERONYMVM ad templum Ezechieli.

(***) Cf. I. C. WOLF, in cursus philol. ad t. Theff. IV, 16. et B. LANGIVS im Apocalypticen Licht und Recht p. 75. n. 14. p. 179. n. 7. et
in Praefat. zum Prophetischen Licht u. R. posthum.

Tibad Apoc. XIII, 16. p. 551,
ex Henr. .

namus, quaeſo, locum Apoc. XII, 16. vbi talia legimus: *καὶ ἐβοήθει τῷ γῆ τῇ γραμμῇ, καὶ ποιέει τῷ γῆ τῷ σώμα ἀντίσι, καὶ πατέπις οὐ τ. λ.* Et auxilio fuit terra mulieri, et aperuit terra os suum, et absorpsit, ceter. Si vel maxime determinare certo nequeamus; et si vel plane ignoremus, quid hoc speciamin futurum sit, et quid in ſe comprehendat, *καὶ ποιέει* ceter. Sufficere tamen nobis omnino poterit, si adferamus, describi hic mirificum maxime nec opinatum auxilium diuinum. Porro ad EZECHIELEM prophetam si respiciamus, ex ultima illius capita perpendamus, quae primo intuitu Leuiticas ceremonias ex umbratili cultum instaurare nobis quidem videntur; sunt tamen illic, quae Mosaico cultui e diametro contrariantur, atque hinc harum ceremoniarum mutationem tales plane inferunt, qualis describitur Act. VI, 14. *Ιδοὺ ὁ Ναζωρεὺς --- ἀλλάζει τὸ θην, ἀπαγόρευεν ἡμῖν Μωυσῆς Ἰησοῦς Ναζarenus --- μutabit ritus iſtos, quos tradidit nobis Moses:* vnde prono fluit alueo, EZECHIELEM illic de noui foederis Oeconomia, per CHRISTVM erigenda, loqui, in qua Leuitica lex abroganda eſſet. Sed hic nobis forſitan quis iure poſſet obiicere; si ita res comparata eſt, cur igitur tanto adparau Leuiticas ceremonias ibi praefribuntur? Tunc id notandum probe eſt, mystice videlicet illa omnia explicanda eſſe. Et si ob hebetudinem intellectus nostri particularia omnia ad ſenſum myſticum referre non liceat: omnino generalioribus contenti (*) ſimus cum COCCEO (**) et CALOVIO (**). Ad talia autem particularia cum primis referuntur tempus et modus complementi, vt pote quae nos vt plurimum latent. Hac in re egregio ſuo exemplo praeiuit ipſe PAVLVS. Licer

*P.S. Karpfen nes, / mächtig Baute
 Janßen Gottlieb Gottlieb
 der Augen Erfüllt an dem Wege
 Giltet und urtheile Trompete.
 Jerusalem in den Jahren
 Capitel Gottlieb fr.,
 Künftige, mit einer Worte
 Dr. Joh. Geigy Steyngarten
 von den Menschen für
 gen der Unschuld bis
 neßt man füllen Wirkung,
 gen in den Jahren. Galle
 1752. 8.*

(*) MATHESIUS ap. FRANZIUM de Interp. S. S. p. 97. ait: *Gottles Buch ift ſo voller göttlicher Geheimniß, daß wirs volkommlich in dieser Welt nicht auffernen werden.* cf. Sir. XVIII, 6. Mirum fane eſt, fuſile ex veteribus hereticis, qui temere ſatis ex loco PAULLI 2 Cor. XII, 2. fqq. anſam arripuerint fingendi libros ſub titulo *Ἄποκαύποια* et *Ἀποκαύποια* iſtaros; haud memorē Paullum ipſum, quae vidit et audiuit, vocare *ἀπίστα ἄγνωτα*. cf. Wolf, ad l. c. in cur. philol.

(**) In editione Ebraei codicis Halensi ad Ez. 45, 18. C. 46, 4.

(***) Itidem in edit. Hal. ad Ez. 48, 35. vbi vterque id propter laudatur.

DE MODESTIA EXEGETICA.

19

Licet enim hic δεδεμένος τῷ πνεύματι esset, quippe ex plurimum prophetarum sui temporis praedictionibus persuasus, vincula et afflictiones sibi imminere: tamen Act. XX, 22. de se ait: τὸ ἐν ἀντρῷ συνεντίθεστά μοι μὴ εἶδός, eorum, quae mibi in illa accident, ignarus sum. Admirabile profecto modestiae exemplum! Damnonsum contra neglegentem modestiae exegeticæ in interpretandis prophetiis, in primis quod ad determinationem temporis adtinet, illustrare licuerit ex eo, quod Ebraeorum doctores (quamquam, si veritatem speget, perperam forte) de **EPHRAIMI** filiis narrant. **Targum Chronic.** 1 Par. VII, 21. post vocem **אַלְעָד** addit: חָנָן הוּא בֶּתְּ אַבְרָהָם וּמֵן קֹא מִן שְׁעָתָה דָּרוֹתָם אַמְרְכָלִיא לְבָוטָה אַבְרָהָם וְמֵן קֹא מִן שְׁעָתָה דָּרוֹתָם דָּבוֹרָה וּמֵרָי עַלְמָא תְּחִמְלָא עַתְּ אַבְרָהָם כִּי פְּסֻגָּוָא וְשַׁעַר דָּרוֹתָה חַמִּי וְלוֹזָן לְטָמֵנִי מִן יוֹמָא דְּאַתְּיוֹלָדְךָ נְפָקָה מִמְּצָרִים לְלֹחֶן שְׁבִין מִן קֹדֶם דְּאַתְּיוֹלָדְךָ וְהַתְּדַבֵּר אֲלֹמָר עַלְמָא תְּחִמְלָא עַתְּ אַבְרָהָם i. e. ex versione editio-
ris M. F. BECKII: *Hi fuere praefeci domus Ephraimi, suppeditantesque finem vel aeram peregrinacioni Patriarcharum ab eo tempore articulo, quo verbum Domini mundi locutum est cum Abramō inter segmenta (Gen. XV.): errauerunt vero. Debebant enim suppeditationis initium facere a die, quo natus est Iacobus, ad id usque tempus, quo sunt egressi ex Aegypto; triginta autem annis, priusquam natus est Iacob, collucutum est verbum Domini mundi cum Abramō inter segmenta. Post quae sequuntur porro, quae in texu Hebreo sic habent: וְרוֹגָזֶת אֲנָשִׁי נָה וְרוֹגָזֶת אֲנָשִׁי נָה Et interfecerunt eos Gathenses cert.*

§. XX.

Cogitemus insuper, hoc quoque modestiam nobis ut necessaria in prophetiarum explicazione iniungere, quod DEVS ipse vaticiniis quibusdam et facilitatis et difficultatis notam superaddere voluerit. Quod autem DEVS, summus rerum arbitrus, suo signavit sigillo, id quilibet summa venerari reuerentia tenuerit. Sic e. gr. de eo, quod ad numerum nominis Anti-Christi adtinet, ipse DEVS dicit: Ὡδὲ ἡ σοφία ἐστιν. Οὐ καὶ τὸν νῦν, φυσιστότω τὸν αἰετόν τοῦ Θεοῦ. αἴρθις γάρ αἰθέριός ἐστι, καὶ ὁ αἴρθις αὐτοῦ χεῖ: Hic est sapientia. Qui babet intelligentiam, computato

(6)

numerum bestiae; numerus enim hominis est, et numerus illius est DCLXVI. Apoc. XIII, 18. Problema sane est intricatissimum, ad quod soluendum singulare requiritur acumen. Lubentes quidem concedimus, fore, ut post eius solutionem et complementum facile sit hocce vaticinum, quum in illo non nisi *διχωρές ανθεώπες* sit: simul tamen contendimus, determinatum illius explicationem ad illum usque diem referendam esse, qui illud exactissime adimplebit. Ipse runc DE VS aperiet maximam suam sapientiam, quod quidem saepe suos aliquamdiu vexationi tradat; enim vero iustum illis auxilium iusto ferat tempore. *Vide Irenæi locum super citulum p. 14.*

§. XXI.

(7) Denique et hoc necessarium in vaticiniis resoluendis modestiam suaderet, quod ipse IOANNES hac in re exemplum ut certitudinis, sic modestiae, in materia de futuris adimplendis, exhibeat omni exceptione maius. Sic enim verba eius se habent I. Ep. III, 2. Ἀγαπητοί, inquit, νῦν τέκνα Θεῶν ἐσμεν, καὶ ἔπειτα ἐφανερώθητε, τι ἐσόμεσθε. Οὐδέμου δὲ ὅτι, ἐάν φανερώθητε, ἡρωικὸν ἀντῷ ἐσόμεσθε. ἐπι οὐφερεῖται ἀντὸν καθὼς ἐστι. Dilecti, nunc filii DEI sumus, et nondum manifestatum est, quid futuri sumus. Scimus tamen, quod, si manifestatum fuerit, filios illi futuri sumus. Videbimus enim illum, quoniam ad modum est. Ponit ea, quae certo adsequi et confirmare suo et aliorum exemplo potuit, et quae Spiritus ipse Domini in mente sua obsignauerat; reliqua mitit, et revelationi diuinæ in magno illo adparitionis die relinquit. Hunc sedulo et nos sequamur, ut magis Domino, quam nobis ipsis, credere discamus.

§. XXII.

4) *vbi quaestiones arduae sunt tractandae et determinandae.* Necesitatem porro modestiae exegiticae in tali quoque casu adserimus et requirimus, *vbi quaestiones arduae sunt tractandae et determinandae.* In his talibus quamvis unicusque licet coniecturas adferre, et aliis diuidicandas proponere; aequius tamen est et consultius, modeste τῷ ἐπέχειν eligere, quam incerta pro certis alteri obtrudere. Hoc enim fieri vel circa nostram opinionem poterit, ut, quum coniecturas nostras exornare et aliis plausibiles efficeremus.

cere studeamus, nos ipsi tandem illas exosculemur, ex illis tamquam ex principiis certis concludamus, et in illis quoque tamquam veritatibus iam dudum euictis, quin immo diuinis, adquiescamus. Hinc autem nihil tandem aliud exsurgit, quam ut in fine confiteri cogamur, nos alii pariter atque nobis quid imposuisse. Tales autem quaestiones arduas in facris contineri litteris, neminem, qui data illas opera perlegerit, fugere poterit. Quasdam saltim paucis attingemus. Sic v. c. eruditii in tractatione historiae de ELI, summo populi ludoici pontifice, querere solent, num et hic ad salutem aeternam beatam fuerit translatus? item quum pertinerent ad ea, quae de ANANIA et eius vxore SAPPHIRA Act. V, 10. leguntur, eamdem eruditii quaestione proponunt. Hae proposito sunt quaestiones satis arduae, et nemo hic sibi praefumatur et decidere audeat, quae ipsa tacet S. S. Nostra sane nihil refert, vt eas quaestiones, proposito quidem faciles, sed difficiles determinantur, certo adseramus, eo quod impossibile id nobis sit et plane supervacaneum (*). Sic quoque quaestio de situ paradisi, in primis ratione fluorum Pischon et Gichon, adcurate et certo ob determinationem Scripturae cessantem definiri nequit. Huius etiam tenoris est quaestio illa de signo, quo HABELL innotescere potuit, acceptam fuisse Domino oblationem suam; et de signo, quo CAINO constituit, displicuisse DEO victimam suam; quale scilicet il-

(*) Consentimus cum ven. LINDHAMERO in adnott. ad h. I.
Was, inquit, die Frage betrifft: ob Ananias und Sapphira verdammt oder freig worden seyn? So ist dieselbe, weil die H. Schrift ganz davon schweigt, mit einer Gewissheit zu erwarten oder auszumachen, so unmöglich als unnötig. Die alten und neuen Ausleger sind darin unterschiedener Meinung; dienen aber, welche sich bierüber gar keines Urteils anmaßen, geben am sichersten. Es ist glaublich, daß Ananias und Sapphira sieb zuerst mit einem rechten Ernst zu dem Christenthum gewendet haben, weil in dem Anfang ein großer Entschluß dazu gehörte, wenn einer ein Christ werden wolle; so kann auch gar wohl seyn, daß sie auf Petri Bestrafung ihre Sünde noch herzlich bereuet haben, und also gerichtet worden sind am Fleisch, ihr Geist aber noch errettet und freig worden ist. 1 Cor. V, 5. Cap. XI, 32. 1 Petr. IV, 6. cf. b. GERHARDI adnott. posth. in Acta p. 143. et b. SEE. SCHMIDII Comment. in 1 Sam. IV, 18.

lud fuerit? Scriptura iterum silet; hinc etiam omnis labor ac sudor, vt vt sit maximus, est frustraneus. Plures adducere tales quaestiones merito superedemus, quum vnicuique ex adiatis satis colligere licent, necessariam plane et vtilem esse in quaestzionibus difficultioribus modestiam.

§. XXIII.

5) ubi res pri-
fiae definitum-
tur.

Modestia quoque exegetica tunc Interpreti maxime est necessaria, ubi priscarum rerum singularia momenta difficultatem habent. Memores enim semper esse debemus illorum verborum, quae 1. Paral. IV, 22. leguntur: וְהַדְבִּרִים עֲתִיקִים וְהַסְּפָרִים וְהַסְּפָרִים וְהַסְּפָרִים vero res (sunt) antiquae. Quot enim, quae, res et facta nobis referuntur, quae pro fundamento habent ritus quosdam antiquos, qui vero ad nos non pertinuerunt; quas proinde res et facta ob horum rituum ignorantiam introspicere et certo explicare nequaquam possumus? Olim quidem istae res potuerunt fuisse planissimae, ita quidem, vt omnes eas intelligere et de iis iudicare nullo labore quievirent; ast vero nos, vt pote fundamento eorum destitutos, plane latenter, suntque nobis teclae et manent. Si igitur Interpreti tales observenerint, melius est, si ignorantiam in illis determinandis modeste fateatur, quam vt talia proponat, quae leuissimo nituntur fundamento, atque hinc eo facilius ab aliis evertuntur.

§. XXIV.

6) ubi singu-
lares voces si-
gillatim con-
siderantur.
Aliqua in hac rem
iam dicta p. 14.
§. XIV.

Nemo insuper inficias iuerit, tunc quoque modestiae exegitiae praecipue locum esse, si singulae voces sigillatim considerantur. Saepius enim vsu venire solet, vt cognitio nostra, vt ut alias sit distincta, in considerandis et distinguendis vocibus singulis nos destitutus, neque eo penetrare valeat, vt omnia et singula acu tangere nobis sit possibile. In tali casu, si in S. S. explanandis nobis observenerit, modestiam quisque coram monstrat necesse est, vt de singulis vocibus determinandis et applicandis non nimium sit sollicitus, sequre sine necessitate maceret. Boni namque tunc Interpretis est, vt pro lucro hoc iam reputet, si rem ipsam, de qua agitur, et cuius sensum genuinum indagare studet, studio attrigerit suo, vt vedeinde exactam et plenariam singularium vocum rationem earumque deter-

determinatum significatum reddere et adserere nequaquam valeat. Talia loca in sacris paginis occurrant sat multa, quorum quidem sensum generaliorem adsequimur; specialiorem vero illorum determinationem, qua singulas voces, mittere cogimur. Si itaque consideremus verba PAVLLI Eph. III, 18, quibus fideles ex paterni amoris affectu precatur et adhortatur, ut verum CHRISTI amorem magis et magis perpendant, et sibi ita adiplicant, ut in illo amore de die in diem perfectiori modo fundentur; hanc illis rationem subnequit, ut comprehendere ac cognoscere valeant, vna cum sanctis omnibus, τὸ πλάτος ναὶ πόνος, ναὶ βάθος ναὶ ὕψος, quae nam (sic) latitudine et longitudo, et profunditas et altitudo (amoris scil. Christi): tunc quidem generaliora hic probe perspicimus; enim vero specialissimum verborum sensum attingere vix valeamus. Quod si ergo quis specialiorem determinare auderet; modeste hic sane illi esset agendum. Sufficere enim unicusque veritatis studiose omissino potest, si locus hic componatur cum similibus IOBI verbis Cap. XI, 8. 9. Sapientia DEI excelsior est coelo, profundior inferno, longior terra, latior mari. Hinc etiam qui quis inde condiscere poterit, prouerbiale hanc esse dictiōnem, eaque dubio procul significari immensam et infinitam plane rei cuiuspiam magnitudinem (*). Plura qui a nobis desidereret, et determinacione qui postuler, eo simul ipso significabit, sibi maioris momenti et melioris vius et fructus esse incerta et dubia, quam vera et certa; vt pote non perpendens, DEVM id proper suam nobis reuelasse voluntatem, non ut otiosa verba illi adstringamus, sed potius ut cognoscere valeamus, infinitum esse et maximum suum erga nos miseros, vt pote nil tale meritos, in CHRISTO redemptore nostro amorem. Hoc quod scil singularum vocum significationem determinare praecise non valeamus, in multis adhuc S. S. locis obtinet. Cum primis autem proprium hoc est Canticum Cantorum Salomonis. Hoc quidem, quo tendat, generatim magno studio adsequimur: ast vero specialissimas textuum

vocum-

(*) Hoc etiam obseruauit Cel. d. CHRISTOPH AVG. HEVMANUS in dissertatione, cui titulus: *de Christi amoris erga homines immeasurableitate*; §. 7. addens simul: Non est itaque quod solliciti sumus de singularium exponenda sacra hac mathematica, quam vocat GLASSIVS in Philologia sua sacra p. 1612.

vocumque explicaciones et applicationes temere quis et satis audacter tentauerit. Contenti sumus oportet, omnia in eo contenta eo tamquam ad primum principium redigenda esse, ut partim CHRISTVS, tamquam sponsus, tenerimum suum amorem et gratiosam praefectionem sponsae declaret; partim ut sponsa excitetur uice ad CHRISTVM tanquam ad ultimum et optimum suum refugium et asylum tendere, atque sic ad veram animi quietem peruenire.

§. XXV.

7) *vbi caussae
rerum et fa-
ctorum inue-
stigantur.*

Circa hanc autem materiam de modestia Interpreti necessaria, probe porro obseruandum est, vbi quandoque alicui venire posse, et ahi sic eueneri, ut *caussae rerum et factorum sint inuestigandas*: tunc hoc exesse tenendum est, nos nequaquam decere, ut caussas rerum et factorum singulas ex nostro ipso forum cerebro, in primis vbi critica modestia opus est; illasque pro veris caussis venditemus. Hoc enim non esset verbum diuinum explicare, et veritatem illius adstruere, sed potius illud in quemcumque sensu vertere, et planis depravare. Hinc cante omnino in caussis adserendis procedamus. Hac in parte Rabbinī plerumque modum omnem excedunt, ita, ut non Scripturas scrutari, sed potius in illis fabulati prorsus videantur. Sic R. SALOMO ISAACIDES, quum ad Esa. XXXVII, 36, vbi interficatio Sanherib recenteretur, illius caussam inquirere et lectori indicare instituit, haec habet:
שָׁמַר אֶת צֵל אֹתוֹ שְׁלָא
 יִהְרָגֵנִי בְּנֵי מֶלֶךְ שְׁהָבָת בְּנֵי קָרְבָּן
 בְּנֵי לְפִנֵּךְ עַמּוֹ וְרוֹגָנוֹ
Siquidem dixerat (Sanherib): si eripueris me, (o Nisroche), ut ne interficiant me ciues regni mei, quorum filios illuc (in Iudeam) duxi, offeram duos filiorum meorum coram te. Insurrexerunt igitur et interfecerunt eum (filii). Eamdem tibiā in eadē re et caussa illius inquirēnda inflat R. DAVID KIMCHI, cuius verba ad 2 Reg. XIX, 37, huius sunt tenoris: *בְּגַדְתָּה סְנַחֲרִיב כִּי חַכְמֵי נָשָׂר הַכָּחֶד הַמֶּלֶךְ מְהֻנָּה מָה וְכֹתָה שְׁלָא שְׁאַל אֶת חַכְמֵי נָשָׂר כִּי תְּהִנֵּה מְהֻנָּה מָה וְכֹתָה שְׁלָא אַיִתָה וְזָהָלָה וְתְּהִנֵּה מְהֻנָּה מָה לְאַבְרָהָם אַבְרָהָם הַעֲלָה אֶת בְּנֵי שְׁלָא אֶת אֲנִי אַעֲלָה אֶת שְׁלָא בְּנֵי לְאַחֲרֵי כְּשַׁשְׁמֵשׁ בְּנֵי הַכּוֹדוֹ בְּחַרְבָּה בְּעוֹד שְׁהָיוֹת מְשֻׁתְּחוֹתָה Eſt iucunda Rabbinorum nostrorum narratio: Sanherib interrogavit sapientes suos post excisum ab angelo exercitum eius, quodnam effet*

DE MODESTIA EXEGETICA.

25

eret meritum gentis illius (Iudaicae), quod Deus illorum pugnauisset pro illis? Respondent ei, quod Abrahamus, pater illorum, obtulisset filium suum in holocaustum. Dixit igitur: Etiam ego offeram duos filiorum meorum Deo meo. Quod quam audiuerint filii eius, percuterunt eum gladio, dum adhuc eret adorans. Satis audacter vterque in proponenda causa procedit. Tacent Scriptores sacri, qui hac de re referunt: sed illi, quod cerebrum ipsorum effluxit, temere protrudunt; nec ut probabile tantum proponunt, sed tamquam certissimam veritatem alii obtulerunt conantur. Ne ergo et nobis tale quid obueniat, semper caute et modeste nobis erit versandum: et si causam aliquam proponere studemus; tunc vigilandum unicuique erit, ut illam, ut possibile saltem, non vero ut certissimam alteri propinemus. Cum primis autem modestia necessaria interpreti est, ybi critici adplicare contendit. Secus enim si fieret, statim id quoque inde eueniret, ut verba quaedam sacri textus, quae genuina tamen sunt, censoria sua dispungaret et penitus eliminaret virgula (*). Operae hic omnino pretium est, ut referamus ad sensu dignissima WOLPII verba, quae in Praef. Curar. T. III, habet: Numquam equidem, inquit, ita statui, quod in locis codicis facili exponendis nullus prosuis locus coniecitur pateat. Sunt quaedam δυσέντα; sunt, in argumentis in primis historicis et antiquariis, quaedam non satis ad liquidum perducta. In his doctrinae et ingenii vires periclitari non solum integrum cuique esse velim, sed et praeclarum laude que dignum arbitror. Nimia itaque et luxurians iure meritoque improbabilis crisi: simul tamen et id requiritur, ut certis se quiuis contineat limitibus (**). Conferre hic neminem pigebit c. A. HEYMANNI diff. de exegesi historica S. S. §. 33.

D

§. XXVI.

(*) V. I. C. WOLPIVM in curis philol. ad AG. II, 30. p. 1038. vbi Mithim לְפָנֶיךָ corripit, quod

(**) Adcommodari in rem praesentem potest Prov. XXV, 2. כִּי־ בְּרֵבָה in plenisq. eodib. Gracis

Gloriosum Deo est tegere verbum, i. e. teles loqui, ut opus sit scrutatio n. Quamuis in texu illo de S. S. proprie non sit sermo.

Geir תְּדַבֵּר חֲסֹבָה, pro spiritali habu entur: cum de... quibus verba facio, misericordia, inservit rei similitudine, non intelligentes vim verbis expressi, serm.

§. XXVI.

2) *vbi definitur librorum sacrorum Scriptores anonymi*.

Necessaria denique bono Interpreti modestia exegetica est, quum eo peruererit, ut definias librorum sacrorum Scriptores, qui *anonymi* sunt. Facillima hic est errandi via, et omni quis opus habet circumspektione, ne in illis determinandis nimium ipsi placeant conjecturae suae. Eo ipso enim, quod nomen scriptorum illorum nobis non innotuerit, probabiliter saltim eos definiamus, quia conjecturis modo eos detegere conamus. Nec enim opus est praecise, ut certo semper sciamus auctores librorum sacrorum secundarios, siquidem auctoritas canonica ab iis non dependet. Sufficiat nobis certo scire, auctorem illorum primarium esse ipsum D E V M infallibilem. Sic modo modelissimo b. SEBAST. SCHMIDIVS sentit, quum in adnot. ad Cap. I, 1. libri RVTH de auctore illius secundario verba facit: *De auctore secundario*, inquit, *huius libelli certi quid non habetur; immo nec haberri potest.* De variis quidem variorum conjectura est: sed quae incertiorem lectionem tantum dimitit. Et paucis interieulis, *In quantum quidem, pergit, conjecturae licet; exstimator, probabilissimam conjecturam fore, si dicatur, eundem huius libelli, qui etiam libri Iudicium, auctorem esse: ita, ut quem ad modum historia de Micha et tribus Danis, nec non historia de bello Gibeonitico eiusque causa, sic baee quoque de RVTH historia quedam libri Iudicium quasi appendix sit: nisi quod illas de Michae idolo et interitu Gibeae historia pars quaedam ipsius libri Iudicium factae sunt; huic vero de RVTH enarrationi, tamquam proxiori, pecuniaris libellus datus est.* Hic b. vir sententiam quidem suam de auctore libri RVTH protulit; ast cum omni modestia, ita quidem, ut cuique liberum suum maneat iudicium. Sic et nobis incumbit, vt, quotiescumque de auctore huius vel illius libri sermonem instituimus, semper omnem adhibeamus modestiam, eo quod certis plane desituumt criteriis. Ceterum HIERONYMI quoque laudabilis omnino modestia ex his verbis fatis elucer, quae leguntur in praefat. Comm. in Abdiam: *Per vetera vestigia rursum ingrediar, emendans si fieri potest curuos apices litterarum. Infans eram, nec dum scribere noueram: titubabat manus, tremebant articuli. Nunc, ut nihil aliud profecerim, saltim Socraticum illud habeo, scio, quod nescio.* Dicit et Tullius tuus, adolescentulo sibi inchoata

choata quaedam et ruda excidisse. Si hoc ille tam de libris ad Hennium, quam de Rhetorice, quos ego vel perfectissimos puto, ad comparationem senilis peritiae dicere posuit: quanto magis ego libere proficer, et illud fuisse paucis ingenii; et hoc maturae senectutis? Haec de necessitate modestiae exegeticas adduxisse sufficiat.

§. XXVII.

Necessitate multis nunc momentis adserita peruenimus nunc ad VI. Non *per-*
id, quod porro modestia a bona fide Interpreti omni requirit tinacem esse
modo; videlicet conuenit quoque illi, ut pertinax minime sit in suis defen-
dendis cogitatis et advertitis suis, si nimirum falsitas eorum aut
insufficiencia saltim ab aliis argumentis rite deductis fuerit ostensa.
Fieri namque facile omnino potest, et saepius quoque accidit, vt,
si nimium nobis nostrisque viribus confidimus, sensum vel sacrae
Scripturae plane contrarium, etiam citra nostram opinionem, adsera-
mus, vel ad minimum non satis dilucide mentem nostram explice-
mus et determinemus omnibus suis circumstantiis. Homines enim
sunt; hinc quoque humani nihil a nobis alienum putemus. Ac-
cedit et hoc, nimis saepe de doctrina sua et perspicaci ingenio
opinionem multos saepe ea adigere, vt re vera erroris se immunes
esse credant. At vero quam cito tales tunc in praecipitia ruunt! id
quod experientia iam diu nos edocuit. Quem ad modum autem
errare humanum est: ita omnino interpretem sacrarum litterarum
debet non tantum, sed etiam obligatus multis modis est, ut errore
suo, sive determinato ex consilio, sive ex oscitania fuerit admisitus,
ostento, in meliori adquiescat sententia. Tantum namque absit,
ut hoc tale Interpreti bono fuerit dedecori, ut potius laudandus sit
veritatis amans illius animus. Oculi enim plus vident, quam ocu-
lus, vt in proverbio dicere solent. Et quis Interpretem, correptionem
*fanae et ex bona mente fluentem admisitum, ideo come-
*nitet et risu excipiet? Nemo fanae mentis eiusmodi quid admiserit.**

Quod enim huic accidit, ab hoc et alii non sunt liberi. Insuper
quoque ipsa hunc benignum erga veritatem animum nobis iniungit
sacra Scriptura. Sic enim legimus Proverbiis XXX, 32. אַבְשָׁנָה נְבָלָת רְפָחָה בְּהִתְאַשֵּׁן אֲמֹדָתָה רְפָחָה, Si stulte egeris, inquit, effervendo te ipsum; et si (alium) cogitaueris: manum ori (impone). IO 8 vs
praeter ea ipse nobis hac in re suo praecepsit exemplo. Ille enim,

quam DEVS ipsi singulari quodam modo adparuisse, illique errores commissos et applications peruersas proposuisset, adeoque argumentis maxime stringentibus conuicisset, non modo non negavit, sed supplex etiam fuit deprecatus. Sic enim se illius habent verba: **וז קלתי מה אשבר ווי שטח' למדרכ' אחות דרבתי** **Ecce leuis fui**, quid respondebo tibi? **מןnum meam ponam super os meum**: semel loquutus sum, sed non respondebo; et secunda vice, sed non addam, Cap. XL, 4.5. Faciles igitur et nos finis omnia lubentes admittere, quae ad nostram iporum emendationem conferre quid possunt.

§. XXVIII.

VII. In verbis
S. S. claris
finis aliorum non detorquentur, etiam illae difficultates,
quae forsitan sese offerunt, remoueri possent. Valet namque et
hic, quod alias in scholis hermeneuticis dici et iniungi consuevit,
a litera plana et determinata non esse recedendum, nisi id suadeat

et urget summa necessitas. Si itaque verba, prout iacent, sensum planum et sanum omnino habent, ad quid valeret illorum dilaceratio? Nulli sane elli et siuimquam veritas, quae ab alio non fuit obiectionibus adpetita. Accedit, ut saepius illae difficultates fuerint auctae et cumulatae, quae tamen, si adcurius examinenter, nullius sunt ponderis, ita, ut earum causa ipsa littera sit deserenda. Melius proinde est verbis planis insistere, quam temere ea mutilare. Sic clarissima sane sunt verba CHRISTI Io. II, 14. ubi serpentem aeneum typum Messiae fuisse expresse adserit. Multi tamen difficultates sine necessitate nequant, inter quas praecipua est, quod serpens ille emblemata diaboli fuerit, adeoque nefas omnino sit, eundem cum CHRISTO comparare. Sed friuola omnino est haecce adserio et obiecio. Porest namque una eademque voce comparatio inter res diuersas institui, sed modo et ratione plane diuersa. Si in sacris paginis CHRISTVS vocatur leo; quod nomen ipsi etiam diabolo tribuitur: quis autem inde concludere veller, una ratione haec talia efferti, quum ipsa etiam S. S. diuersa id ratione indicet et explicet? Hoc etiam et hic valet. Nulla igitur, teste WOLFIO (*), est illis cedendi hic necessitas, ut potius

in

(*) in cur. philol. ad h. I. Vide etiam, sis, DEYLINGIVM in obs. facr. P. II. p. 169. TRILLER. in der Untersuchung etlicher Oerter N. T. p. 45. sq.

אָהִי יְבָרֵךְ פַּתְגָּה ۱۴.۲۰.۲۰.
אָהִי קָטָנָה שָׁאוֹל

DE MODESTIA EXEGETICA.

29

*in tam diserta affirmatione securissime adquiescere possumus, si vel
mille adorri possent difficultates, quas paucissimas hic nonnulli ne-
gunt. Tuttis enim foret, ignorantiam in illis solutis aperte pro-
fiteri, quam de verbis CHRISTI tam claris aliorum detorgundis
temerariam operam suscipere. Et omnino multo conuenientius ho-
mini, qui CHRISTO nomen dedit, est, ut Doctori suo, qui
veritas ipsa est, credat, quam ut inanes sibi et futilis imprimat dif-
ficultates. Commode autem Saluatorem cum isto serpente com-
parari posse, praeter alios ostenderunt BOCHARTVS P. II. Hieroz.
L. II. c. 13. WITSIVS in Oeconom. Foeder. L. IV. c. 10. HVTIVS
in Demonstr. euang p 153. et alii plures. Caeamus hinc nobis
maxime, ne nostra diuinis praeferaimus, sed potius fide simplici
vniuerso DEO in verbo suo nobiscum loquenti credamus.*

§. XXIX.

Modeste insuper nobis versandum erit, si definire instituimus
particularium quorundam phaenomenorum caussas. Quo rariores
enim eiusmodi casus sunt, eo cautores quoque simus in caussis il-
lorum indagandis. In primis si nullum earum caussarum vestigium
in ipsis litteris diuinis deprehendamus. Tunc sane ab inquisitione
caussarum illarum omnino desistamus oportet; aut saltim omnes no-
straes assertionses ut merae coniecturae sunt venditandae et propo-
nendae. Si enim omnia exacte digestissimus et inquisiuimus, nihil
tamen ulterius nobis relinquitur, quam possibile esse, hanc vel il-
lam huius vel illius rei existisse causam. Qui plura adferit, aur-
gant, aut saltim fragmentis suis superbit. Sic si quis caussam eam-
que certam indigare vellet, cur in Psalmo CXL V, qui alias est
Psalmus alphabeticus, litera *Nun* fuerit omisita? illi certe nihil ma-
gis adserere licet, quam ut rem coniecturando adsequi conetur; si
plura dare et pro certo quid adfirmare ausus fuerit, modestiam
omnem excedit, et nullius adserendum meretur. Tacet enim Scri-
ptura; tacent scriptores sacri coaeui: hinc et nostrum erit, ut de
caussis earum rerum vel plane taceamus, aut ad minimum non plus
nostris tribuamus coniecturis, quam par est.

§. XXX.

Saepius insuper Interpreti accidit, ut omni cura sua et indu-
stria adhibita, obscura tamen semper maneat et difficilis plenarii va-
ticipiniorum

VIII. In defi-
niendis parti-
cularium quo-
rumdam
phaenomeno-
rum caussis
modeste agen-
dum.

*Exempli si quipio, cui in genere,
logia Aphena commemoratur Se.,
non feminis, coll. vol. in Bibl.
Hab. ad Num. 26, 46.*

D 3

IX. In pro-
phetis si ple-
nariorum com-



*complementum
determinari
nequit, non
tamen statim
res ipsa abi-
cienda.*

vicinorum complementi determinatio. Hinc in tali casu hoc probe Interpreti tenendum erit, videlicet ad modestiam exegeticam spectare et hoc, ut, si in prophetis historicis complementum plenarium digito statim monstrari nequit, rem ipsam non abiciamus prorinsum, sed potius infirmitatis nostrae probe memores simus, et Domino omnimodum verbi sui complementum committamus. Reminiscamur enim illius Apostoli dicti ad Hebr. II, 8. vñ dñ, inquit, ἐν ὅρμεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτετραγένεα, nunc autem nondum videntis omnia in uniuscum esse ipse subordinata. Hic ipse Apostolus facetur, se in praesenti, ut et alios fidèles, plenarie penetrare non posse, quomodo scilicet omnia CHRISTO subiiciantur; sed non ita fore in perpetuum. Contenti ergo omnimode simus, quod cum eodem Apostolo possimus libere eloqui, v. 9. τὸν δὲ θεακόν τι περὶ σύρελες ἡλαττωμένον Θάλην τηνή, διὰ τὸ πολύτιμον τὸ θαύμα, δέξαντες τιμὴν ἐπεφυνημένον, illum, qui per breve temporis spatium minor fuit angelis, videntis Iesum, per passionem mortis, gloria et honore coronatum. Quem ad modum enim medicorum filii in difficilioribus morborum adspeciebus non statim desperant, sed potius omnia felici futuro euentui relinquunt; ita et nos cum primis decet, ut rem, littere paulo difficilem, non penitus denegemus, sed sedato potius et tranquillo animo ipsum euentum exspectemus felicissimum, vtpore qui omnia clariori luci exponet. Valedic et heic tritum illud: *Quod differtur, non auferatur.*

§. XXXI.

X. Exempla
modestiae
exegeticae
ipsam exhibe-
re S. S.

Nec desunt nobis in ipsis sacris litteris exempla, ex quibus modestia exegética elucet. Ex his ante omnia in scenam producendus erit *vniuersus coetus Israëliticus*. Licet enim ab ipso benigno NVMINE publica lege sabbathica poena capitalis generatim transgressoribus indicta fuisse, secundum illud Exod. XXXV, 2. *כִּילְעָשָׂה בַּיּוֹתֶר*, *Quicumque facturus est in illo opus, occidetur;* licet praeter ea doctores Thalmudici temere satis confinxerint regulam, *strangulationem* intelligi, vbi cumque *מותה* vel in sacra Scriptura dicatur: tamen ea modestia ille coetus usus fuit, ut non statim violatorem Sabbathi poena quacumque capitali adficerit, sed potius illum posuerit in custodia, vti Num. XV, 34. habetur: *כִּי לَا פְּשָׁת מִדְּבָרָה יְהוָה eo quod nondum*

nondum expositum fuisset, quid faciendum sit illi (*). Deinde et IOSEPHVS hac in re eximio suo nobis praeiuit exemplo. Hic namque, quam ab ipso interpretatio somniorum posceretur, DEO, soli infallibili, non infirmis humanis viribus, viorum diuinorum explicationem et omnimodam enucleationem tribuit. Audianus modo ipsa eius ad ministros regis Pharaonis verba, Gen. XL, 8. חֲלֹוֹת לְאֱלֹהִים Nonne, inquit, *DEO interpretationes* (proprie conueniunt?) Idem ad Pharaonem, qui et ipse ex JOSEPHO talia quarebat, libere dixit: בָּלְדָיוֹת יַעֲנֵה אֶת־שְׁלֹמֹם פְּרֻשָּׁה Non meum (eit hoc. Enimuero) *DEVIS* respondebit pacem Pharaonis, Gen. XLI, 16. DANIEL porro, qui licet donis Spiritus sancti instructus esset uberrimus, magnaqua sua sapientia ubique fere locorum inclinuisse, tamen nihil sibi arguenter vindicauit, multo minus insignioribus illis donis diuinis superbiit, sed omnia potius singulari diuinae gratiae tribuit. Hinc etiam regem Nebucadnezarem, qui aliquando somnis habebat, et id propter turbatus valde erat, DANIEL rogauit, ut ad somniorum revelationem et explicationem tempus quoddam ipsis concederet. Quumque *DEVIS* illi haec gratiis fecisset nota, aperte apud regem fuit professus DANIEL: רְאֵן דַי מִלְכָא שָׁאל לְאַחֲרֵי־חַרְמָנִין אֲשֶׁר־חַרְמָנִין צוֹרֵן יְכִילֵן לְחוֹחֵה לְמִלְכָא: בָּרוּךְ אֱלֹהִים בְּשֵׁמַיָּה גָּלֶא רֹוי וּוּדוּעַ לְמִלְכָא נְבוֹנָדֵר מֵהַיְהָ לְהָאָרָךְ יְוִימִיאָה Arcanum, quod rex petit, non sapientes, divinatores, astrologi, decisores possunt indicare regi. Verum est *DEVIS* in coelis, revelans arcana, qui etiam notum facit regi Nebucadnezari, quid futurum sit in postremis diebus. MOSES praeter ea prodeat ut illustre modestiae exegeticae exemplum, de quo Exod. IV, 6. dicitur: וְסַתֵּר מְשֹׁה פָנָיו כִּי יַרְאֵה מְחֹבָות אֶל־דִּינָלוֹת abscondisse illum faciem suam, eo quod timuerit afficiere *DEVIM*. MOSES proinde ad instar Cherubinorum se exhibuit, vt pote qui etiam faciebus teclis super arcam erant positi, De his autem mox erit dicendi locus. Nec non DAVID ipse suo exemplo nobis monstrat, in explanandis eloquuis diuinis semper nobis agendum esse modeste, et reverentiam NVMINIS semper ante

(*) Conferri hic omnino meretur maxime reuer. Dr. Praefidis diff. de Poenis capitalibus §. XI. XII.

ante oculos habendam, nihilque sibi ipsi confidendum. Sic enim ille precatur Psalm. CXIX, 18. **ל שְׁנִי וְבָתוֹת כָּלָות מִתְרַחַךְ**
Aperi oculos meos, ut percipere valeam mirabilia legis tuae. Eu-
muchs denique reginae Candaces idem nobis monstrat, ut po-
te qui probe infirmitatis sue conficius, quam a PHILIPPO, CHRI-
STI apostolo, Act. VIII, 30. 31. interrogatus esset: ἀράγε τινο-
στεις, ἡ εὐαγγελία; Intelligēne igitur, quae legi? respondit:
πώς γέλε τὸ δυνάμων, εἰς μή τις οὐδηγήσῃ με; Quomodo quaeſo
possem, si nullus mihi viam morifrauerit? Ex hisce sane exemplis
cognoscere nobis licet, nobis omnibus conuenire modis, ut mo-
deste et reuerenter de verbo sentiamus diuino.

§. XXXII.

XI. *Nec non*
symbola mod.
exeg. existare. Restat adhuc, ut paucis quoque attingamus *symbola modestia exegeticæ.* Inter haec ante omnia referimus *Cherubinos*, vtpore qui non sine ratione superius alis suas texisse facies leguntur, Exod. VI, 2. conf. Apoc. IV, 8. Quae autem ratio subesse alia eius rei poterit, quam ut nobis significetur, vt spiritus purissimi omni reverentia ad DEVM accedunt, et verbum eius submissi venerantur, ita et nos decere, ut maxima semper cura et modestia ad stationem verbi accedamus diuini, DEIque maiestatem submissio cultu veneremur. Idem quoque notant *quatuor animantia*, eosdem Cherubinos representantia in curru EZECHIELIS, quae stabant subter expansum, cui Filius DEI insederat, Ezech. I, 6. Et quare haec animantia non sex alii, vt Cherubini, representantur? Hoc fortasse ideo fit, quia facies eorum iam iam erant ab expanso illo tectae; adeoque vberiori non indigebant tegumento. Quid porro nuditate pedum in calcando loco sancto, quam ipse DEVS olim Moysi et Iosuae imperauerat, aliud designari videtur, quam in rebus praecipue diuinis non temere nobis esse procedendum, sed maximam semper reuerentiam adhibendam? conf. Exod. III, 5. Ios. V, 15. Eodem vergi quoque *scfso humi* post acceptam a DEO revelationem, qualis DAVID tribuitur II. Sam. VII, 18. Hic enim, quum multa felicia etiam post obitum fata eidem per NATHANEM ex revelatione diuina adnuntiata essent, *scdiffe coram Domino dicitur*, humiliusque DEVM suis veneratum animi submissione. Et quis tandem iure poterit ire inficias, ritum quoque *istum sym-*
agogicum

gogicum apud Iudeos consuetum, obuelandi scilicet caput inter legendum codicem sacrum, adhibito ἔπιλον seu velo, tum reuerentias tam modestiae caussa erga verbum diuinum suffit introducere? Nec obstat nobis, si quis obiceret verba PAVLII 2 Cor. III, 18. Ημεῖς πάντες διακονούμενοι προστότη τὴν δόξαν Κυρίου πατρὸς εἰσόμενοι, κ. τ. λ. nos omnes reuelata facie gloriam Domini introspicientes, etc. Quilibet enim facile intelliget, non esse sermonem PAVLO de imperfectionis sensu, vtpore quem ipse liberum adserit 1 Cor. XIII, 9. sed eum haecce verba opponere τῇ παρέγωστῇ τῇ νοοῦ obdorationi mentis, cuius quippe in antecedentibus mentionem fecerat. Ritu autem obuelandi caput apud Iudeos modestiae caussa valere, exinde quoque confirmari poterit, quod iisdem faciem retegere erga legem, vel in lege est immodeste se erga legem gerere. Sic CALVOERIVS in Gloria Mosis diff. II. p. 61. hanc loquutionem ABARBANEI solennem adserit: **אנשִׁים בְּנֵי בְּלִיּוֹן וְגַם פָּנִים שְׁלָמִים כְּתֻלְבָּדָם**
*Ecce surrexerunt viri Belialis, qui RETEXERVNT FACIES, QVOD
 NON EST SECUNDVM MODVM PRAESRIPTVM. Sic et
 MAIMONIDES, quem WOLFIUS in Cur. ad 2 Cor. III, 13. adlegat,
 in More Neuochim L. III. c. 9. Lex data est, inquit, die nubilo, ad
 significandum velum, quod oculis nostris admis prospicuum veri.
 Atque sic et nos vela disferratione nostrae contrahamus, imbecillitatis quoque nostrae probe consci. Quod si tam insigni argumen-
 to, vt hoc est, non ex ase satis videar fecisse, ex mente veritatis
 amante me iudicabis B. L. fin adprobatione tua digna vita
 quedam fuerint, DEO ea vnicue tribue, vt EI soli
 remaneat gloria.*

F I N I S.



E

DOCTIS-

DOCTISSIMO
HVIIS DISSERTATIONIS
AVCTORI
S. P. D.
PRAESES.

Argumentum, quod hac dissertatione Tua elaborandum sumfisi, ita comparatum est, ut et professor Tuos in exegesi sacra hanc contemnendos prodat, et simul laudabilem animi Tui modestiam ob oculos lectoribus ponat. Etenim ex quo sacris operari coepisti studiis, primo in Ienensi, deinde vero in hac nostra academia, nihil Tibi prius, nihil antiquius fuit, quam ut, praeter praeparata philosphica et mathematica, non solum dogmata sacra, merumque doctrinam reuelatam, et polemicam sacram, cum ecclesiastica historia, ex Docentium ore haurires; sed etiam imprimis scrutandis litteris sacris, tum veteris tum noui foederis, ne qualicunque duce, dares Te totum: ratus id quod res est, Scripturam omnem dignitatis inspiratam, vtilem esse ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dci, ad omne opus bonum instructus, 2 Tim. III, 16. Aliter nempe animatus fuisti, quam sunt hodie multi illorum, qui in theologiae cultoribus nomina sua proficiunt; vtpote studium saecorum fontium vel prorsus negligentes, vel certe incuriosus tractantes: qui si non verbis et ore, tamen ipso opere haud

baud obscure indicant, sibi alia omnia potius, quam tracta-
tionem oraculorum diuinorum, in necessarius reputari. Dein-
de vero, vel ipso ex usu et exercitio, didicisti, esse heic illic
in diuinis Scripturis interpretandis, ubi scientia nostra vel
deficiat prorsus, vel saltem sit insufficiens, ut agnoscere ne-
cessum habeamus, quod Apostolus ipse i Cor. XLI, 9. profes-
sus est, ex parte cognoscimus, et ex parte prophetam
mus; nec probrosum interpreti censeri debeat, si quando
vel ignorantiam suam, vel insufficientiam cognitionis fa-
teatur. Placet nabi acutissimi in Ebraeis exegetae, Aben-
Ezrae, modestia, qua, utrum mysterium illud lehouae trans-
euntis coram Moysi, testantique de Ichoue, Ex. XXXIV, 6.
quod nobis saltem Christians explicatu facilius, quam lu-
daeo est, assequi vel non potuerit, vel noluerit, tamen mo-
destiam satis in Commentario suo ad l. c. adposuerit glossam,
Christianis ipsis exosculandam, Ne mireris, inquiens, quod
Deus de DEO verba ista proclamauerit: כִּי הוּא לְבָדוֹ יְדֻעַ וְרוּשׁ וְהִרְאֵת עַמִּים הַזֶּה
solus est sciens, et scientia, (Scientiae apud nos effector)
et qui cognoscitur: et haec res profunda est valde.
Perge igitur, doctissime Respondens, viae illi, quam ingres-
sus es, ulterius insistere, ut diligens quidem, sed et mode-
stus litterarum sacrarum scrutator sis: fructum enim, quem
per antecepsum, cum specimine hoc Tuo, Tibi gratulator,
habebis inde amplissimum, Tibique et Ecclesiae salutarem.
Vale. Halaes, d. I. Maii A. clo locc li.

PRAENOBILISSIMO
ATQVE
DOCTISSIMO CANDIDATO,
DOMINO
IOANNI PETRO HVZELSIEDERO,
S. P. D.
IOANN. AVGVSTVS MAJER,
ARCHIDIAC. VLR. ET PAST. DIEMIZ.

Ex quo cardinem futurae Disputationis *TVAE* in modelia exegica verti, *Ipsa TE* indice compertum habui, non potui non idemtidem redire in memoriam eorum, quae *AVGVSTINVS* olim *VOLVSIANO* scripta (*), ubi, inter alia: „Tanta est, inquit, christianarum profunditas literarum, ut in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usque ad decrepitam senectutem, maximum otio, summo studio, meliore ingenio, conarer addiscere.“ Constat inter omnes, *AVGVSTINVM* ex patribus quos vocant, quoque latina culta aetas, nemini secundum fuisse. Erat is a naturae dotibus et ab arte insructissimus, ingenio rasto, acri iudicio, studiis adfuetus, multo rerum viu pollens, in foro quoque, nedum in ciuitate christiana. Et iste Vir, at qui et quantus? iste Vir, transacto in lito-

(*) In Ep. III. Opp. T. II. f. 8. A. Edit. Bas. 1569.

literis ab ineunte aetate omnis vitae cursu, optime gnarus monumen-
torum veteris Latii, siue Rhetores species, siue Philosophos, siue
Poetas, siue Historicos, iste, inquam, Vir, non nisi in christianis lire-
ris eam deprebendit profunditatem, quae non tantum temporis fallen-
di causa negotium facecerat quouis die, sed ad quotidianos profe-
ctus sufficeret, quid? quod abundaret tantopere, ut se imparem iis
solis etiam cum omni sua supellestile literaria iudicauerit, etiam si,
reliquo omni labore iusso valere, omnem operam, mentem totam,
studium denique omne in solas illas contulerit, facio ab incunabulis
descendi initio, continuatoque progrediendi iis, usque dum decrepi-
ta senectus volentem porro desituerit. Rudit sit, oportet, qui in his
dicendi modum excessisse sibi aliusse persuaserit **AVGVSTINVM.**
Quin dixisse, quod res est, sponte sua fatibuntur, qui secum reputa-
verint, experientiam ipsi magistrorum suis diuitiarum Scripturae cum
que reconditos eius sensus, tam qua vim virtutemque nunquam ex-
bauriendarum. Cum enim se errorum maeandros vitiorumque diver-
ticula superasse non nisi Scriptura duce luceque gratus proficieatur (*),
facili hinc est ad iudicandum, cum studio cum mente simul appli-
cuissse ad Scripturam, adeoque uti serio, ita vere protulisse, quae supra
memorauimus. Utinam decimus quisque eorum, bodo qui sibi nomen
a Theologia sumunt, **AVGVSTINVM** nobis referret affectu in chri-
stianas literas vel inclinato vel saltim inclinando! Atque ita omnino
quidem agi cum illis oportebat. Quid enim Theologia, nisi Scri-
pturam penitus perscrutandi inque iuos primum, deinceps in alliorum
quoque usus convertendi alacre studium indefessumque? Video au-
tem plerosque, Sacris qui operari videntur, honori sibi duere, si com-
mendentur a triennio aut biennio in illis rebus excuso, quae suo mo-
do ac tempore et debebant Theologiae et poterant famulari; altum
vero esse scientium de Scripturae ne dicam penetralibus adeundis aut
aditis, de liminibus saltim rite salutatis, quorsum omnino pertineret
solidior linguarum tractatio cum reliquo philologicae literatura ad-
paratu coniungenda. O quantum studium laetis progressibus commen-
dabile, beatissimo exitu felix decurrentum sibi viderent, ni mens ipsi
esse

(*) Confess. L. VIII. c. II. 12.

effet laeta! Stadium non biennio, praecisis etiam omnibus allotriis,
ne tota vita absoluendum. O quam tum in AVGVSTINI verba ef-
fent iuraturi, ipsimet v̄su edotti, quantum vel solerissimo aequo ac
constantissimo Scripturarum cultori defuturum sit ad plenam illarum
et perfectam cognitionem. Tum vero quid sit modestia exegética
et quantae necessitatis sit, reapse effent intellecturi. TE, Candida-
te doctissime, academico torrente non innotatum abruptumque, quin
contra eundem nisum ac melioribus consilii morem gerentem et vidi
ad huc et laetus sum. Postquam enim lenae iam, Propaedia qua-
cunque baudquaque insuper habita, per iatrum triennium stu-
dii Theologiae prius sedulo vacasti, in Almam Fridericianam con-
cedens his quoque duobus annis hoc esse TVVM credidisti, vt, Foede-
ris vtriusque tabulis sua lingua familiarius inspeclis, reliquarum, qui-
bus Theologia circumscrivitur, partium cognitionem TIBI redderes
audiorem solidioremque. Iuuabit, credo, TE meminisse olim, quam
viam TIBI cum familia mea in relectionibus nostris hic malibus praeci-
verim, vbi, protracta ad Titum Epistola pro Parigmate v̄sus
commonstrauit primum: omnem Theologiam, quam Theticam, quam
et Moralem vocitare amant, non esse nisi Syllogen quandam verita-
tum s. s. ad suos quamque Locos referendarum. Deinceps: quantum
lucem ex ipsis Scripturis vniuersa foeneretur Ecclesiae Historia, ra-
diis hinc in Scripturas ipsas retro vibratis. Praeterea: ad Pole-
micam felici aditu excludi quenlibet Scripturarum fundamentis ca-
rentem, aduerlariori autem cuius parem fore et superiorum quoque
rēs duxerit ēr̄ ȳcaPēt̄. Denique: in verbo veritatis innutritum
obuiis quoque calibus facile semet expediturum. Ifsib[us] velim,
quoad supereris, inflas viae, ratus immo consis̄ fore, vt rebus
TVIS optime consultum ita sit, quas et TIBI et per TE Patriae pre-
cor esse maxime salutares. Vale! et domum aliquando redux meis
verbis iube plurimum saluere, quo mibi necessitudine noſi iunctos,
in primis Ill. Gymnasiū vespri Rectorem, WEIHENMAIERVM, So-
cerum meum, et meritis et senectute ad nonagenarium fere porrecla-
venerabilem. Vale! Dab. Halae d. 28. Apr. MDCC LI.

VIRO

VIRO PRAENOBILISSIMO
RESPONDENTI DOCTISSIMO

AMICO AESTVMATISSIMO

S. P. D.

OPPONENTS

IOANNES SIGISMUNDVS SOMMERVS.

C bartam, Dissertationi TVAE destinatam, cum spatio adhuc vacave intellexerim : quam, dudum acutus sum, occasio- nem, publice TIBI, in amoris tesseram, literis gratulandi, amba- bus, vel dicunt, arripiū manibus. Felicem illum, optimo iure, diem voco , qui TE mihi ardiō consuetudinis amicitiaeque vinculo coniunxit. Licit enim is ego non sum, qui laudibus vel iustissimis perfectiorem TE reddere queam; quin immo et TV ipse a publica illarum significacione quam maxime abhorreas: nibilo minus ea, quae veritati respondent, in praesentia silentio plane praetermittere nefas esse arbitror. Ex quo igitur coniunctius TEcum vivere mihi conti- git; Amoris officia integerrimi, doctrinam baud exiguum , ingenium excellens, in discendo aequae ac docendo industriam atque assiduitatem , et, qui omnia praefat, verum DEI cultum, namquam non in TE ani- maduerti, et mirifice iis omnibus delectatus sun. Ad quod, cum

F differ-

dissertationis solidissimae, (cuius Auctor TV es) testimonium accedat: tum, longiori, buius rei gratia, verborum anfractu, supersedere possum; tum eo sumiori spe nitor, fore, ut optimus quisque atque aequissimus arbitratur, iis, quae leui duntaxat digito ostendit, applaudere non erubescat. Eruditionis itaque quod publice exhibes specimen, gratulor TIBI, vereque gratulor: Quo quidem officio, eo magis obstrictus teneor; cum, pro benevolo TVO in me animo, qui in solenni dissertationis defensione opposentis vices susciperem, dignum me putare nullus dubitaueris. Eo acceptius hoc mihi negotium fuit; quo, et accommodatus viri usque nostrum studiis, et praestantius vinciriique, cui diuina in medullis baeret reuelatio, non immerito mihi visum est. Magde igitur, AMICE DULCISSIME, rem TVAM feliciter expediias: Qua veritatis via, ut deinde per totum vitae tempus ad Summi NVMINIS gloriam, Felicitatem ipsissimam, nec non Ecclesiae CHRISTI, in primis vero patriae, emolumentum profere et constanter pergas, ardenter precor. Resfat, ut TIBI ad cineres usque devotum amicum me significem; TVOque et impostherum commendem favori. Dabam Halae die quinto nonayum Maji M DCCLI.



A DEO

A

DEO,
PATRE, FILIO, ET SPIRITU SANCTO,
NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO
DOMINO
RESPONDENTI,
AVCTORI DISSERTATIONIS,
SALVTEM ET GRATIAM!

Patria eadem, sanguinis propinquitas, et in primis amicitia rara,
ita TIBI, AMICE PERDILECTE, me obligant, ut, quomodo hisce
officiis, quae inde fluunt, satisfaciam, nec videam, nec sciam. Si
sapientes pagani summam adhibebant pro corruptae naturae viribus
industriam, ut omni tempore et quacunque occasione amicis officiis non
solum debita, sed et grata praeflarent. Quid Christianum decet magis,
quam ut SVMMVM NVMEN, per quod omnia, quao existunt,
sunt, deuotissimis implorat precibus, velit eiusmodi Amicum tam cor-
pore quam spiritu saluum incolumentque seruare, utque ei gratissima
omnis generis officia praeflet, Eique quavis occasione data animum
offendat amicitia nec indignum nec immemorem eiusdem. O felicem
inter tot, quot mihi contigerunt, tristes alii, qua haecce praeflare
officia AMICO inter paucos PERDILECTO pro infirmis viribus contendeo.
Studio quidem TVA, AMICE PRAECLARE, excimia et praesertim in scruta-
ndis Codicis Sacri fontibus prae multis aliis aeu i nostri Studiofis pla-
ne egregia magnas admodum merentur laudes; Ast, quia TE, NO-

BILISSIME AMICE, studere quoque, ut ceteris Christianis virtutibus, ita humilitati non ignoro, saluis studiorum laudibus, votis feruentissimis frenum mittere sum ausus. DEVS TRINVNVS, qui nos creavit, redemit, et in tenerima aetate per bapeisini lauacrum in filios suos adoptauit, et regenerauit, et nos errantes in reclam reduxit semitam, TE DOCTISSIME, maioribus adhuc instruat donis, ut in sacram Litterarum scrutationem per vires gratiae diuinae fundatis in IESV, Redemptore dulcissimo, precibus adquisitas incumbere eo magis possis, quo minus alii huic eximio, dulci, ac salutifero studio se dedicant, nescio, quam eruditioem adquirere frustraneo fane nisi conantes. Euadas per infinitam DEI nostri in CHRISTO Seruatore conciliati Patris potentiam magis magisque vas misericordiae diuinae electum, atque instrumentum gratiae coelestis egregium, in quo et per quod Spiritus Sanctus opus suum ita perficiat, ut Sapientissimus huius universi Rector omnium miserans effervi laudibus et temporalibus et aeternis eam ob rem poscit: Largiatur benignissimum NVMEN TIBI, CARISSIME AMICE, ex sua in IESV CHRISTO aperta abundantia omnia ad munera, quae prouidente DEO TIBI forsitan demandabuntur, rite oeunda necessaria quam benignissime, quo omnia in laudem DEI et incrementum regni Christi Regis nostri gloria et adoratione dignissimi prosperrime cedant. Quin immo DEVS veracissimus, secundum promissionem quarto Decalogi precepto adnexam, TIBI, pro sua voluntate optima, sanam et longam det vitam, ut non nisi matura senectute in aeternae quietis et pacis domicilia ingrediari. Vale! et agnatorum et amicorum minimo in posterum faue.

Dabam Halae Magdeburgicae in Orphæ-
notropoeo Glauchensi d. XXIX. Apr.

A. C. MDCCCL.

MARTINVS SCHMID, Vlmensis,
OPPONENS.

Bb 278

ULB Halle
004 145 070

3



B.I.G.

Black



DISSE²⁴
TATIO THEOLOGICA
DE
MODESTIA EXEGETICA.^{an 23}

QVAM
SVB AVSPICIIHS SVMMI NVMINIS,
PRAESIDE
VIRO SVMME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO,
DOCTISSIMO,
D. CHRISTIANO BENEDICTO
MICHAELIS,
THEOLOGIAE ET LINGVARVM GRAECAE ET ORIENTALIVM
PROF. PVBL. ORDIN.
FAVTORE ET PRAECEPTORE AETATEM COLENDO,
A. D. IIII. MAI A. CICIOCCCL.
PVBLICE DEFENDET
AVCTOR ET RESPONDENS
IOANNES PETRVS HVZELSIEDER,
VLMENSIS,
S. S. THEOL. CVLTOR.

HALAE MAGDEBURGICAE
LITTERIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.